



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jacobi Alvarez de Paz Opera

De Exterminatione Mali, Et Promotione boni - Libri quinque

Álvarez de Paz, Jacobo

Lvgdvni, 1613

Pars II. de Castitate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77843](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77843)

P A R S S E C U N D A

De Castitate.

CASTITATIS virtus longè est paupertate præstantior, cum & Deo nobilius sacrificium offerat, & appetitum vehementiorem cobibeat. Paupertas consecrat Deo bona temporalia, & seculi facultates, quæ extra hominem manent, & sine illis viuere potest, & sepe viuunt quietius atq; tranquillius. Castitas verò immolat Deo corpus, partem vtrique ipsius hominis post animam summè dilectam, cuius gratia, & ad cuius obsequium bona temporalia queruntur: Ideoque Job examini fidelitatis erga Deum, & virtutis expositus, primò facultatibus, & filiis nudatus est, deinde graui vlcere in carne percussus, ut à minori & faciliore tribulatione examen inciperet, & in maiorem & toleratu difficiliorem consummaret. Est etiam appetitus diuitiarum, quem paupertas moderatur, infirmior, quo illa concupiscimus, quæ extra naturam nostram esse noscuntur. Optimèq; id Joannes Cassianus oratione confirmat. Quod autem, inquit, extra naturam sit Philargyria, hinc liquidò peruidetur, quia nec originale probatur in nobis habere principium, nec de materia concipitur, quæ pertingit ad animam, vel carnis participationem, vitæque substantiam. Nihil enim ad usum, vel necessitatem nature communis præter escam quotidianam, ac potum, certum est peruenire, reliquæ verò vniuersæ materia quantolibet studio, atque amore seruentur, aliena tamen ab humana indigentia, etiam vsu vitæ ipsius approbantur, ideòq; hoc velut extra naturam existens non nisi tepidos, ac malè fundatos monachos pulsant. Appetitus autem venerorum, cui Castitas obstitit, est multo potentior, quia ad carnis delectamenta naturaliter inclinamur. Quare & idem Cassianus ait: Gastrimargia, & fornicatio, cum naturaliter nobis insint (nam nonnumquam etiam sine ullo anime incitamento, solius instigatione ac pruritu carnis oriuntur) materia tamen ut consummentur, egent extrinsecus, & ita in effectù corporali actione perueniunt. Ea autem virtus, quæ circa nobiliorem materiam versatur, & affectui potentiori relucetatur, ab omnibus iudicatur perfectior. Meritò ergo paupertatis tractatione præmissa ad Castitatis naturam, & gradus secundo loco exponendos accingimur, ut scilicet per abdicationem facultatum ad oblationem mundæ carnis, & per hanc ad sacrificium mentis præcipuum, quod obedientia perficitur, veniamus. Tu Domine amator puritatis stylum nostrum moderare, ut hanc mundiciam, quam à nobis exquiris, sermone & opere nitamur amplecti.

Cassian.
col. 5. c. 8.

Idem, sup.
s. 4.

De Natura religiose Castitatis.

CAPVT I.

AB ipsa natura Castitatis enucleanda, inchoandum nobis est, ut eius eximia pulchritudo statim ipso initio ob oculos posita iu amorem & desiderium exulcitet. Hanc luculentissimis verbis Ioannes Climacus in huc modum expressit. Castitas est incorporea natura familiaritas. Castitas est Christi iucundum diuersorium, terrestrique clypeus cordis. Castitas excessiua natura abnegatio, corporisq; mortalis, atq; corruptibilis reuera ad incorpoream spiritualemq; substantiam contentio. Castus ille est, qui amore amorè excludit, ignemque igne spiritus extinxit. Hæc ille. Sed Beatus Ephraem Syrus sic multo vberius, & luculentius. O castitas, cui abominationi sunt delicta, venustas corporis, & ornatus vestium. O castitas, dapibus atque epulis, ebrietatiq; inimica. O castitas oculorum frantum, quæ è tenebris ad lucè totum corpus transfers. O castitas, quæ carnem castigas, & in seruitutem redigis, ac cælestia velocissimè penetras. O castitas mater dilectionis & Angelicæ vitæ ratio. O castitas, quæ mundo es corde, ac dulci gutture, hilaritq; ad spectu.

Clima.
gra. 15.

Ephraem.
26. 1.

A O castitas, quæ homines Angelis similes reddis. O castitas, quæ Dei amicum ita exaltasti in patria externa, ut & eos, qui emerant ipsum, redimeret. O castitas donum Dei, benignitatis, disciplina, cognitionis, atq; scientiæ plena. O castitas portus tranquillus in summa pace ac securitate constitutus. O castitas, cælestis prudentia, & sancta prædicatio. O castitas, quæ cor possidentis te lætificas, & animas ad cælestia alias adiungis. O castitas, quæ spiritale gaudium paris, & merorem aufers. O castitas, quæ malū odio habes, & bono adhæres. O castitas, quæ passiones minuis, & animum à perturbationibus liberat. **B** O castitas, quæ iustos illuminas, & diabolo tenebras offundis, celeritq; cursu ad brauium supernæ vocationis, in Christo contedis. O castitas, quæ pigritiâ depellis, & patientiam affers. O castitas onus leue, quod in aquis non submergitur, æternæq; diuitiæ in anima hominis Christum amantis, recondita, quas qui possederit, in tempore necessitatis inueniet. O castitas pulchra possessio, quæ à feris non vastatur, & ab igne non comburitur. O castitas, quæ in manibus haud penitendas continens diuitias, desideriaque fugas. O castitas curus spiritualis

possessorem

possessorem suum in sublime euehens! O castitas, quæ in mansuetorum, & humilium animis habitas hominibusque diuinos efficis! O castitas, quæ rosæ instar, in medio animæ, & corporis, flores, vniuersamque domum odoris fragrantia replet! O castitas præcursor, atque cohabitator Spiritus sancti! O castitas, quæ Deum placas, eiusque promissa persers, & apud quoscumque homines gratiam inuenis! Hanc Sancti cuncti amarunt. Hanc sanctus Ioannes Euangelista amplexus est, amplectendoque super pectus Domini gloriæ recumbere meruit. O castitas, quæ non à virginibus solum, sed & ab his, qui ad penitentiam conuersi sunt, possideris, atque excolebis! Hactenus Beatus hic Pater.]

Vniuersa hæc, & multa alia bona, reperiuntur in castitate, cuius tamen naturam, vt ad religiosos pertinet, nunc succinctè & breuiter exponamus. Castitas religiosa est virtus illa, qua promptè & delectabiliter non solum corpore, sed multò magis mente, carnis voluptatibus penitus abstineremus; & vt mens nostra liberius Deo vacare possit, hoc propositum perpetuo vito firmamus. Triplicem namque Castitatem agnouit omnis antiquitas, vnam coniugalem, vidualem alteram, ac tertiam virginalem. Coniugalis est, quæ licito vsu coniugij retento, omnes illicitas & veritas voluptates reicit, atque contemnit. Vidualis est, quæ post expertas coniugij delicias rebus Veneris perpetuò abstinet, ad quam reducitur illorum castitas, qui postquam animæ & corporis integritatem illicitè perdidit, de cætero ad Dominum ex toto corde conuersi carnis spurcicias refutarunt. Virginalis est, quæ numquam nec licitè, nec illicitè Veneris voluptates experta, corpus, & mentem pura illibataque conseruat. De hac triplici castitate multa inueniuntur apud Patres: nos vnam, aut alteram eorum sententiam referemus. Beatus Martialis in quadam epistola tertiam castitatem secundæ, ac secundam primæ, anteponeit. Ita enim ait: Nec ideo tamen prohibemus nubere legitimo connubio, cum & hoc coniugium honestum concessum sit, & constitutum à Deo ab initio mundi, in multiplicationem generis humani. Vltra hunc autem gradum homini licitè concessum, viduitatem in præmio maiori constituit. Sed & tertium excellentem gradum honestatis in virginitate demonstrat, nobis perfectum, & per omnia simile Angelicæ dignitati. Ad quem inuitauit nos dicens: Non omnes capiunt verbum hoc, sed qui potest capere, capiat.]

Ilidorus Pelusiota virginitatem soli, viduitatem lunæ, coniugium stellis comparat, his verbis. Soli, eos qui virginitatem amplexi sunt; lunæ autem, eos qui continentiam; ac denique stellis eos, qui honorabile coniugium amplexi sunt atque conseruauerunt, comparare licet, maximè cum diuinus Paulus calculum suum addat, ac dicat: Alia gloria solis, alia gloria lunæ, alia stellarum gloria.] Augustinus, Beda, & alij triplicem hanc Castitatem triplici fructu terræ bonæ significatam volunt. Dicitur enim est à Domino in parabola seminantis. Alia, scilicet grana, aut semina, ceciderunt in terram bonam, & dabant fructum aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud trigessimum.] Fructus trigessimus, est castitas coniugalis mandata seruans, & quicquid sibi conceditur, non reiciens. Fructus sexagesimus, est castitas vidualis præcepta supergrediens, & à licito coniugio abstinens. Fructus centesimus, est castitas virginalis numquam carni nec licitas habenas laxans, & mundiciæ plenitudinem possidens. Harum trium castitatum

A prima ad statum religiosum non spectat, de eaque nihil dicimus: secunda verò, & tertia nostro statu comprehenditur. Nam in eo, quidam post amissam corporis integritatem, pudicitiam seruant. Alij verò multò feliciores numquam amisso pudore, nec integritatis flore violato diuinis obsequiis se mancipant. Quia tamen huius duplicis castitatis iudicium gradus, eadèmq; instrumenta, sub vno nomine, & eodem disputationis tenore de vtraque loquendum nobis est, exponendumque modò, quibus hæc castitas constare debeat, vt castitas religiosa ac nostri status propria dici possit.

B Castitas hæc ab eo tempore, quo quis eius cultor efficitur, perpetuam carnis puritatem requirit, eamque ab omni impura voluptate liberam, inuoluntamque custodit. Quæ cum iam remedium coniugale non querat, vocatur sanctitas, siue sanctimonia, vt notauit Guilielmus Parisiensis: nam totum hominem Deo consecrat, & à cura corporis auulsum rebus cœlestibus dedicat. Itudque nomen non semel illi indidit Paulus. Nam quodam loco ait: Hæc est voluntas Dei, sanctificatio vestra. Exponit autem statim quæ sit ista sanctificatio: [vt abstineatis vos à fornicatione, vt sciat vnusquisque vestrum vas suum possidere in sanctificatione, & honore, non in passione desiderij.] Et post pauca: Non enim vocauit nos Deus in immundiciam, sed in sanctificationem. Et ad Hebræos scribens ait: Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimonia, sine qua nemo videbit Deum. Quo loco Paulum sanctimoniam nomine Castitatem intellexisse colligit Cassianus ex verbis sequentibus: Ne quis fornicator, aut prophanus, vt Elsau.] Docet quoque manifestè Chrysostomus: Quid dicit sanctificationem? Pudicitiam, atque temperantiam coniugalem, siue qui expertus est coniugij castus maneat, vel uxorem ducat, siue in coniugio constitutus non fornicetur, sed vtatur propria coniuge temperatè, etenim etiam hoc sanctificatio est. Est ergo castitas corporis sanctitas, atque mundicia, quoniam ipsum à corruptione seruat, & decore integritatis exornat. Meritòque margarita signatur, quia sicut hæc tota pulchra & munda est, & lucis capax, ita Castitas corpus pulchrum ac mundum reddit, & hominem castum lucis diuinæ accipiendæ capacem efficit. Quæ profectò nec canibus danda est, nec ante porcos mittenda, quia impuris & scelestis hominibus non sunt eius arcana declaranda. Si enim ea audierint, & iuxta experientiam suam, ac iuxta corruptionem carnis suæ de illis iudicauerint, conculcabunt ea pedibus suis, & conuersi dirumpent nos. Putabuntque nos impossibilia docere, & ad ea, quæ numquam in viris sanctis vidimus, homines incitare.

C Sed non in sola carnis puritate se continet Castitas, immò multò magis mentis mundiciam ab omni lasciuia cogitatione & impuro desiderio requirit. Nec castus esset, qui corporis integritate seruata, mentem impuris desideriis aut cogitationibus inquinaret. Vnde Paulus virginem delineans, ait, vt sit sancta corpore, & spiritu. Et Chrysostomus. Nec enim sola Castitas corporis sufficit ad integritatem cordis. Considerate insulas quinque virgines. Virgines enim erant, sed castum cor non habebant. Et Basilus. Hæc autem profectò non à corporibus ad animas manat, sed cum incorporalis animæ propria & præcipua sit, eius pretiosissima integritate corpora quoque incorrupta seruantur. Et Gillibertus. Non enim sola carnis continentia Castitas censetur, cordis multò magis est æstimanda puritas. Et tandem Cassianus. Itaque omni custodia cordis nostri

D

E

Guilli. li. de vir. c. 15.
1. Thess. 4. 3.
n. 7.
Hebr. 12. 14.
Cass. lib. 5. c. 16.
Hebr. 12. 16.
Chrysost. hom. 36. ad Hebr.

Chrysost. hom. in illud, Ecce viri orati. co. 1.
Basil. de virginit.

Gillib. in Cæt. ser. 8.
Cass. lib. 6. c. 9.

Martial. epist. ad Telesph. c. 9.

Mart. 11. 12.

Isidor. Pelus. epist. 391.

1. Cor. 13. 41.

Aug. de virgim. c. 4. 4. De da. ibid.

Matth. 13. 8.



sunt latebræ primitus expiandæ. Quod enim illi (id est, agonotheæ) in corporis puritate assequi cupiunt, nos debemus etiam in arcanis conscientiæ possidere, in qua Dominus arbitratque agonothea, residens, pugnam cursus & certaminis nostri iugiter spectat, ut ea, quæ in propatulo horremus admittere, ne intrinsecus quidem coalescere incauta cogitatione pariamur; & in quibus humana cognitione confundimur, ne occulta quidem conniuentia polluamur. Quæ licet possit hominum præterire notitiam, sanctorum tamen Angelorum, ipsiusque omnipotentis Dei scientiam, quam nulla subterfugiant secreta, latere non poterit. Sic illi.] Castitas igitur prius animam afficit, & mundiciæ amore componit, deinde ex illa in corpus carnemque descendit. Et sicut dux solertissimus urbem aliquam expugnaturus primò capiendæ arcis sollicitatur cura, in qua aduersarius fortissimis militibus cinctus residet; sciens quia eo victo, facillimum erit domos ciuium particularium expugnare: Ita Castitas regina sapientissima, arcem hominis scilicet mentem, sibi subicere, & ab omni impuritatis amore mundare contendit, quia in suum dominium redacta, laboriosum illi non erit, corpus in officio continere. Mens est domina, caro ancilla, & si domina reginæ Castitati seruerit, ancilla illi assidens, etiam Castitati seruiet, & aduersus præcepta eius nequaquam praualebit. Fortassis donec omnino dometur, obmurmurabit, & de fuga cogitabit, & illicitis motibus aduersus præcepta Castitatis insurgat. At anima Castitatis amore capta, carnem frænabit, eius motus comprimet, & paulatim ad Obedientiam & pacem adducet. E contra verò, si caro fuerit doloribus & morbis emortua, & penè molestia imbecillitatis extincta, dum anima casta non est, & proposito puritatis ornata, nihil homo in hoc negotio sibi promittat. Nam cum minus cogitauerit, equus carnis indomitus vires assumens, illum in præceptis agat; & ultra rectæ rationis limites inuerecundè profiliet.

Hinc autem aliud ad substantiam Castitatis necessarium colligitur, ut scilicet non violenter, non coactè, sed spontaneè, & libenter hominem ab illi-
cita voluptate temperare suadeat. Hoc est enim continentia (quæ quoddam est puritatis exordium) & Castitatis discrimen, quod illa, auctore Thoma Aquinate, in rationali appetitu siue in voluntate est, sensiticum appetitum comprimente, Castitatis legibus reluctantem. Castitas verò non solam voluntatem afficit, sed & appetitum subiicit, ut libenter mundiciæ subiaceat, & luculentas delicias derelinquat. Ideo Augustinus pudicitiam corpori, Castitatem voluntati adaptat, quasi Castitas voluntate, immò & voluptate suscepta sit ab homine. Eius verba sunt. Ista sunt, quæ sanctitatis causa seruanda sunt: Pudicitia corporis, Castitas, & Veritas doctrinæ. Pudicitiam corporis non consentiente ac permittente animâ, nemo violat. Animi Castitas est in bona voluntate, & sincera dilectione, quæ non corrumpitur, nisi cum amamus, atque appetimus, quod non amandum, neque appetendum esse veritas docet. Et Hieronymus sic Dominum loquentem inducit. Alios eunuchos natura facit, alios vis hominum: mihi illi eunuchi placent, quos castrauit non necessitas, sed voluntas: libenter illos in meos sinus recipio, qui se castrauerunt, propter regnum cælorum, & ob mei cultum noluerunt esse, quod nati sunt. Ac tandem Basilius pulchre ait, hoc idem astruens. Castum autem dicimus non eum, cuius iam libidinis pleni appetitus, a senectute, aut morbo, aut alio quouis casu exauerunt, languidique facti sunt. Nam talis prau-

A
tate non caret, sed operationes eius præpediuntur imbecillitate instrumentorum. At temperantia est quedam vera scientifica potentia per profundè in anima impressa, & quæ vestigia inherencia turpium appetituum penitus extinguit, ac delet. Neque eos ob Castitatem in cælum ferre debemus, quorum membra execta sunt: nam neque equos ideo extollimus, quod cornu non petant; sed quod calce non feriant: boues verò si cornibus non petierint, mansuetudinis ergo charos habemus. Non enim quisquam ob id, quod efficere non valet, sed cum possit, nec abutitur tamen potentia ad iniustitiam perpetrandam, suspicatur, atque admirationi est. Nam temperantia, quæ est in senecta, non est temperantia, verum libidinis cuiusdam ac incontinentiæ quedam imbecillitas. Mortuus non coronatur, nemo iustus ideo quod malum perpetrare nequeat.] Castitas itaque non coacta, sed voluntaria est, non tristis ab iis qui illam possident, sed hilaris inuenitur: non semper in certamine, & lucta, sed sæpe in pace & tranquillitate est, quia domito corpore, & appetitu compresso, homo castus delicias carnis horret, spiritus verò delectationes concupiscit. Id gratia, media assuetudine, facit, ut multò iucundius & lætius vir iustus vitam in corporis castigatione & deliciarum abiectione transigat, quam intemperans inter delicias, & luxus infumat. Et virtus hæc, sicut & reliquæ, hoc bonum habet, ut difficultatem continendi superet & spurcas voluptates pro purioribus, quæ sunt in Castitate, commutet.

C
Ex hac autem voluntate, qua quis sponte Castitatem colit, & ex iucunditate, quam in illa reperit, oritur, ut mundiciam corporis, & animæ perpetuo voto confirmet. Nam qui virginem pulchram aspexit, & in eius amore exarsit, & consortium appetiuit, non cessat quousque illam ducat uxorem, & perpetuo vinculo sibi matrimonij coniungat. Sic pulchritudinem ac decorem Castitatis aspiciens, eius amore superatus solet ad tantæ reginæ coniugium aspirare. Votum autem est quasi quoddam hominis Castitatisque coniugium, quo in perpetuum copulantur, & eam vitæ rationem inueniunt, qua crimen erit homini non solum si vagum scemina concubitum diligit, verum & si licitas nuptias (qua emissio voto in religione approbata, nec licite, nec valde erunt) amate præsumat. Hoc autem votum, quo Castitatis propositum stabilitur, atque firmatur, omnino est ad Castitatem status religiosi necessarium: quia cum hic status, iuxta nomen suum, stabilitatem ac firmitatem habeat, consequens est, ut partes eius etiam sint stabiles & firmæ, quæ minimè à leuitate humana dependeant. Harum autem vna pars est Castitas omnino necessaria (ut statim dicemus) ut mens ex toto diuinis obsequiis mancipetur. Quare non debuit mutabilitati & leuitati humanæ voluntatis relinqui, sed perpetuo voto stabiliri. Et de hac Clemens Alexandrinus videtur locutus, cum ait: Est continentia corporis despicienter conuenienter pactis conuentis cum Deo initis.] Fuitque cum aliis duobus votis in Nazæorum consecratione signata, ut Gregorius ait, qui voto se ligabant, quemadmodum ex verbis Numerorum colligitur: Vir siue mulier cum fecerint votum, ut sanctificentur, & se voluerint Domino consecrare, & cætera.] Nostra ergo Castitas non solum virtutem Castitatis, ac perfectionem eius continet, verum & votum, quo in puritate mentis & corporis firmemur, comprehendit. Et ob id (quod etiam in Paupertate fecimus,

& in

D. Thom.
2. 2. q. 155
ar. 1. cor-
pore.

August.
libr. de
menda-
cio. c. 19.

Hiero. li.
1. con. lo-
uisia. c. 7

Basilius
orat. 3. de
temp.

Clemens
li. 3. Sæp
mat.

Greg. 3.
mor. c. 27
N. 62.

& in Obedientia faciemus) impletionem voti vnum gradum eius constituimus.

Suscipitur tandem a nobis Castitas, & voto stabilitur, vt liberius intellectu & affectu Deo adherere, & diuinis vacare possimus. Nam cum status hic noster sit tendentium ad perfectionem, & diuinam familiaritatem suspirantium, propter hunc finem nobis incumbit a vneris abstinere, quibus vehementissimè possemus à Diuinis auocari. Hincque esse Castitatis finem docuit Rabbanus sic scribens: Bonæ sunt nuptiæ, sed causa filiorum, non concupiscentiæ fornicationis obtentu: Melior est continentia, sed sibi non sufficit ad beatitudinem, si pro solo amore pudicitia retinetur: sed si cum hoc affectu causa vacandi Domino eligitur, alioquin dñortium magis coniugij esse videbitur, quàm castitas. Idem eisdem verbis ait Gennadius Malli-
liensis Episcopus: Et Clemens Alexandrinus, dicens. Quare nec Castitas est bonum, & ex virtute, nisi fiat propter dilectionem in Deum. Quod adeo verum est, vt Ethnici scriptores hunc esse castitatis finem agnouerint. Nam & Naumachus uerustus poeta Græcus id subiectis carminibus Latinè redditis cecinit.

Pulchrum sanè est, corpus castum habere, intactumque manere

*Virginem, & puris semper cogitationibus delectari,
Nec onus circa laboriosa illa gestantem,
Neque dolores trementem suspiriosos Lucine,
Sed permanere quasi reginam, imbecilliumq, mulierum
Oculum animæ splendidum ad eam vitam erigendo,
In qua gloriosa vereq, sine nuptia, vbi commixta
Deuinis verbis lumine plenas meditationes parit.*

Non ergo nuptiis abstinemus, quæ eas malas, aut minus licitas dicamus, sed vt meliori & perfectiori statu nos Domino consecremus. Quis enim neget bonorum esse discrimina, & quoddam esse simplex bonum, quoddam melius, quoddam optimum, atque perfectum? Coniugium ergo bonum est, dicente Domino. Crescite, & multiplicamini, & replete terram.] Castitas melior est, quia non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est ad maiora consurgere. Virginitas verò optima est, cum Angelorum puritatem amuletur, qui vxores non ducunt, & vita celestis eius beneficio ad luteas domos, & carnem corruptibilem transferatur. Hæc duplex Castitas voto stabilita, & propter diuinorum contemplationem & Dei cultum, assumpta, argumentum est huius tractationis. Quarum qui illam habent, in se ipsos seueriores; qui verò hanc possident, humiliores esse debent, vt in illis sancta seueritas admissas antea delicias corrigat, & in his cauta humilitas mentem acceptæ gratiæ admoneat, nec aduersus eos, qui aliquando ceciderunt, aut statum minus perfectum habuerunt, se erigat.

*Quàm necessaria sit viro religioso
Castitas.*

CAPVT II.

CASTITATIS virtutem religiosi esse maxime necessariam, cõfirmationem non indiget: quia tanta est vilitas animæ carnalibus voluptatibus dedita, vt vix queat sub habitu religioso cõsiderari. Hanc domestici, & externi, si aliquid vel tantillum impudicitia in ea oleant, contemptui habent,

A & non aliter quàm pestem, & exitium religioſæ vitæ omnes prudentes exhorrent. Nec potest cõnobium, cui talis pestis inhærerit, ab ingenti infamia & ignominia liberari. Si enim aliquis in domo religioſa inueniatur minus paupertatem amans, & nonnulla superflua in vſum proprium admittens, aut minus obedientiæ tenax, & in rebus parui momenti, aut suam voluntatem faciens, aut suo iudicio nimium fidens, nescio quomodo diſſimulamus, & defectus eius excusatione contegimus. At si in eo minus castitatis, aut pudicitia deprehendatur, illum vniuerſi vehementer auerſamur, & horremus. Non quidem ex superbia Phariſaica, vt ille impurus, & elatus Phariſæus Magdalenâ ad pedes Domini procumbentem irridens, sed ex zelo status religioſi, quem ſcimus funditus euertendum, si ſinat ſe hac viliſſima & spurciſſima collauioue ſædari. Ille mulierem penitentem, culpas ſuas lacrymis diluentem, & coram miſericordiſſimo Domino veniam poſtulantem, & nunquam ad vomitum reuerſutam, ſpreuit, quod ſummæ nequitia & incredibilis ſuperbiæ, & cæcitatſis eſt, quaſi ipſe eſſet impeccabilis, & non poſſet à carne ſua vinci, & à concupiſcentia medullitus latitante proſterni. Merito tantam Phariſæi ſuperbiam deſeſtatus eſt Auguſtinus. Ad illius pedes, inquit, ſi talis mulier acceſſiſſet, dicturus erat, quod Iſaias de talibus dicit: Recede à me, noli me tangere, quoniam mundus ſum. At nos ſi quem religioſum inueniremus, (quod Deus auertat) huic infami peccato ſubiecti, imitatores Domini facti, & propterea imbecillitatis & procliuatſis ad malum admoniti, penitentem blandè ſuſciperemus, & illi, ac nobis in illo, cui ex nobis ipſis ſimiles ſumus, condoleremus, & à cæno extrahere niteremur, ne infixus in limo periret. Sed illum dicimus omnes horrere, & deſeſtari, qui in miſera impudicitia ſeruitute perdurat, & non penitentiam, & emendationem vitæ, ſed ſuorum flagitiorum abſconſionem meditatur, & ſtatum ſanctiſſimum, quem profeſſus eſt, ſi non intentione, at opere ipſo maculare, & ſempiterna infamia aſpergere nititur. Omnes enim religioſæ familiae huic oneri ſunt ex ignorantia ſecularium obnoxia, vt peccatum vnius quodammodo reliquis tribuatur. Et licet in ſignis cæcitas ſit, & ſtultitia, cunctorum vitam vnius infirmitate metiri, tamen iure optimo illius confortium formidamus, cuius cauſa ſaltem apud imperitum vulgus tam infamis peccati, & ſanctitati noſtri ſtatus contrarij, opinionem licet fallam, & nullo ſolido fundamento ſubnixam, incurrimus.

D Dicendum eſt igitur, quas ob cauſas pulcherrima Caſtitatis virtus ſit ſtatui religioſo maxime neceſſaria. quarum præcipuam Thomas Aquinas ex huiusmodi ſtatuſ ſine perit. Nam ſcopus religioſæ vitæ eſt, ex toto in Deum affectu & intellectu tendere, & ad perfectionem charitatis anhelare. Debet ergo vita hæc, omnia illa conſtanter abiicere, quæ ſunt ex diametro huic ſcopo contraria. Nihil eſt autem, quàm luxuria & impudicitia, aut etiam licita carnalis voluptas à coniugio honeſtata, ſanctitati & diuinæ familiaritati magis aduerſum. Nam hæc vehementiſſima delectatio mentem à cælo elongat, & terrenis inuoluit, & cura rei familiaris, ſine qua vxor, & filij, & familia ſuſtentari non poſſet, animum diſtrahit, & in mille partes diſcindit, ne cœleſtia recogitet. Ergo ſtatuſ noſter neceſſariò carnis delicias & voluptates aſpernatur, Caſtitatem verò illis aduerſam amplectitur. Certe curam diuinorum, & intentionem tendendi in Deum, voluptatibus minui, atque præpediri, ipſa experientia demonſtrat, & his verbis Auguſtinus affirmat.

Rabban.
lib. 4. de
vniuerſ.
10.

Gennad.
li. de Ec-
cleſ. dog.
266.
Clemens
3. ſtroma.

Gen. 1. 23

Aug. 1. 50
boniliar.
bon. 23.
c. 2.
Iſaia 52.

D Thom.
2. 2. 9. 186
art. 4.



August. 1. folio. c. 10. r.omo 1.

1. Cor. 7. 5.

Ambros. ibid.

1. Cor. 7. 33.

Ansel. ib.

Quantum velis licet vxorem pingere, atque cumulare bonis omnibus, nihil mihi tam fugiendum quam concubitum, esse decreui, nihil esse sentio, quod magis ex arce deiciat animum virilem, quam blandimenta feminea, corporumque ille contactus, sine quo vxor haberi non potest. Itaque si officium pertinet sapientis (quod nondum comperi) dare operam liberis, quisquis rei huius tantum gratia concumbit, mirandus mihi videri potest, at verò imitandus nullo modo, nam tentare hoc periculosius est, quam posse feliciter. Quamobrem satis (vt credo) iuste atque vtiliter pro libertate animæ meæ, mihi imperavi non cupere, non querere, non ducere vxorem.] Paulus etiam iugem orationem secum carnales voluptates nequaquam admittete, ad coniugatos loquens, sic docet: Nolite fraudare inuicem, nisi fortè ex consensu, ad tempus, vt vacetis orationi.] Quamuis enim munda sint coniugia, inquit Ambrosius, tamen à licitis etiam abstinentum est, vt facilius ad effectum deducatur oratio. Iam verò quantum rei familiaris cura mentis tranquillitatem & perfectionis curam impediatur, idem Paulus scribere non omisit. Qui cum vxore est, inquit, sollicitus est quæ sunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuisus est.] Quem locum exponens Anselmus hæc ait: Sollicitus est eorum, quæ sunt mundi, vt habeat vnde pascat vxorem, & filios, id est, studet multiplicare diuitias, & vineas, agròsque fertiles, & amplios habere, variamque suppellectilem possidere, intendens quomodo per hæc placeat vxori, & diuisus est, id est, in multas partes sollicitudinum miseriarumque distractus: vel diuisus est, quia singulariter Domino non seruit, sed partim Domino, partim sæculo. Ex coniugijs quippe terrenæ sollicitudines prodeunt, & ideo vitam calibem quisque magis debet eligere, ne propter coniugium cogatur sollicitudinibus mundanis intentus esse. Bonum est enim coniugium, sed mala sunt, quæ circa illud ex huius mundi cura succrescunt: & ideo nunc Apostolus, cum ad calibatus gratiam instueret, non coniugium spreuit, sed curas mundi nascentes ex coniugio repulit.]

Si religiosa vita licitas coniugio voluptates excludit, quæ magis illicitas voluptates reiciet: Si carnè à coniunctione sine peccato admilla purificat, quanto iustius ab ea, quæ fordidissimo est iuncta peccato, mūdabit: Voluptas venerea per se sumpta, grauis & onerosa est, quæ spiritum ad cælestia volare non sinit. Cum verò illi grauissimum carnis peccatum adiungitur, actio ponderosa redditur, vt spiritum ipsum quasi carnem faciat (& verè carnalem facit) & foedissimis cogitationibus, impuriis desideriis, & operibus plene bestialibus mergat. Animus viri Deo consecrati hoc vitio impuro superatus mirum est quam implacabilibus conscientia moribus torqueatur, quantis timoribus ne lutulentum peccatum ad notitiam aliorum veniat, angatur, quam innumeris mendacijs, & dolis abscondatur, quam ridiculis pretextibus indicium criminis deprehensum excuset. Non vita, sed mors inferni est conuersario hominis illius, qui huic infami peccato manus dedit. Cogitatione Deo debitam pellice occupat: desiderium in res cælestes erigendum, ad cœnum nec nominandum voluptatis deprimit: os diuinis laudibus consecratum, verbis impudicis polluit: manus in cœlum leuandas ludicris & minus pudicis scribendis voluit: corpus Spiritus sancti templum maculat, & se totum diaboli habitaculum efficit. Mirum est, si hæc de vitio religioso credi possent, at non creduntur, sed quæ ex hoc vitio, si in eum caderet, necessariò sequerentur, non

A sine pudore à nobis explicantur. Homo igitur his tempestatibus iactatus, his yndis peccatorum merfus, & sæpe malo ac sacrilego sacramentorum vsu pollutus (quia statim temporibus ea suscipere cogitur, & nolens à cœno. exire malè malus illis ingeritur) quomodo in perfectionem tendet? Quomodo Deo intellectu & affectu inhærebit? quo pacto ad finem religiosa vitæ, quam colit, properabit? Properat ille in gehennam, adulteris & impudicis præparatam, & fugit à cœlesti patria, quam non ingrediuntur impudicitia maculati, sed Castitatis luce decori. Castitas itaque ad propositum nobis perfectionis finem omnino necessaria est, sine qua nec perfectionem, nec æternam salutem consequemur. Dicitque nobis Paulus: Has habentes promissiones charissimi, mundemus nos ab omni inquinamēto carnis, & spiritus, perficientes sanctificationem in timore Dei.] Quasnam promissiones habemus nos? Certè illas amplas atque magnificas, vt simus per veram sanctitatem templa Dei, de quibus paulò antè dixerat: Vos enim estis templum Dei viui, sicut dicit Dominus: quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos.] Et quam sanctificationem perficimus? Illam, quæ in baptisimo cœpta est, & deinceps bonorum operum accessione, & mentis adeptæ puritate, completur. Hanc vt perficiamus, & vsque ad mensuram perfectionis nobis proposite accedamus, mundemus nos per pudicitiam, & continentiam carnis ab omni inquinamento carnis, & per Castitatem spiritus ab omni pollutione spiritus; sine quibus ad sanctitatem destinatam peruenire nequimus.

C Nec solum ex fine religiosa vitæ, verum ex officio quoque eius necessitas castitatis elicitur. Officiū quippe huius vitæ est, veterem hominem exuere, nouum induere, desideria carnis cohibere, desideria spiritus prouehere, peccata linquere, & mentem ac corpus ab omni corruptione seruare. His omnibus Castitas diligenter insistit. Castitas veterem hominem exuit, quia pruriginem carnis ex veteri homine manentem abicit. Castitas nouum hominem induit, quia ad innocentiam statum, in quo integritas dominata est, suos cultores quodammodo reuocat, & Christo virginum sponso similes facit. Castitas desideria carnis cohibet, quoniam vehementissimam carnis passionem moderatur, & regit. Castitas desideria spiritus promouet, quia carnalia continentem, ad spiritualia desideria perducit. Castitas peccata linquit, quoniam peccatis infamibus, & foedissimis, & bestialibus contradicit. Ac tandem illa incontinentiæ corruptionem eliminat, quæ integritatem & pulchritudinem cœlorum imitatur in terris. De hac incorruptione à Castitate donata nobis egregiè dixit Bernardus: Quid Castitate decorius, quæ mundum de immundo conceptum semine, de hoste domesticum, Angelum denique de homine facit? Differunt quidem inter se homo pudicus, & Angelus, sed felicitate, non virtute. Sed et si illius Castitas foelicior, huius tamen fortior esse cognoscitur. Sola est Castitas, quæ in hoc mortalitatis & loco & tempore statum quandam immortalis gloriæ repræsentat. Sola inter nuptiarum solemniam morem beatæ illius vendicat regionis, in qua neque nubunt, neque nubuntur: præbens quodammodo tertis, cœlestis iam illius conuersationis experientiã. Vas interim fragile, quod portamus, in quo & crebro periclitamur, tenet Castitas, vt monet Apostolus, in sanctificationem, & instar odoriferi balsami, quo condita cadauera incorrupta seruantur, sensus ipsa, & artus continet, & constringit, ne dissoluantur ortis, ne corrumpantur desiderijs, ne carnis voluptatibus computrescant: quemadmodum legitur de

2. Cor. 7. 1.

2. Cor. 6. 16.

Bernard. epist. 41. ad Henricum.

quibusdam

quibusdam, quia computruerunt ut iumeta in stercore suo. Hæc ille.] Sine Castitate autem nunquam veteris hominis impuras luxurie vestes abicies, sed magis magisque infamis vitij nexibus intricaberis. Nunquam noui hominis indumentis vestieris, quæ Deus ex integritate, & bysso mundiciæ, confecit. Nec desideria carnis fugies, quæ te vndique ligant; nec spiritus desideria cõcipies, quæ in corde carnali non habitant; nec peccata deferes, quæ cogitationibus, & desiderijs, & operibus impudicis amplecteris; nec incorruptionem habebis, sed quotidie miserius corrumperis. Non ergo sine Castitate poteris tuo officio satisfacere.

Certum est etiam, vitam religiosam propter vitæ puritatem amari. Nam quis vnquã, rogo, sacrum ex recta intentione reliquit, nisi ut mentis & corporis puritatis abiceret, & se virtutum splendore & mundicia decoraret? Hæc autem tam cognata est Castitati, ut ipsa Castitas, puritas & mundicia vocetur: & sicut Castus in vna significatione sanctus, & purus dicitur, ita Castitas (ut diximus) sanctimonia, & puritas, & mundicia appellatur. Castitas peccatis, si non maioribus, at immundioribus & sordidioribus nos liberat: intellectum illuminat, & sordidioribus laetificat, totam mentem quietat, & ipsam carnem pulchritudine quadam exornat. E contra verò impudicitia omnia hæc inficit & sordidat. Vis ne videre intellectum sapientissimum luxurie peccatis occæcatam? Quis Salomone sapientior? De illo autem ait scriptura: Rex Salomon adamauit mulieres alienigenas multas. Cùmque iam esset senex, deprauatum est cor eius per mulieres, vt sequeretur Deos alienos. Et colebat Astartem Deam Sidoniorum, & Moloch idolum Ammonitarum. Et ædificauit fanum Chamos idolo Moab, & in hunc modum fecit vniuersis vxoribus suis alienigenis.] Ad nullam maiorem cæcitatem rex iste ore Domini de sapientia celebratus venire potuit, quam vt deliramenta gentilium coleret, & qui vero Deo templum ædificauerat, delubra idolis gentium extrueret. Vis audire voluntatem impudicitie malo mæiore confectam, & quasi in rabiem actam? Quis filio regis potentissimi, cui nulla deerant, potuit esse alacrior, aut lætior? At Ammon filius David impudico Thamar sororis Absalon amore possessus tanta tristitia operpletus est, vt præ mæiore ægrotaret, & quasi macie attenuaretur per singulos dies. Vis etiam considerare virum fortissimum, ac mentem aduersariis terribilem, luxuriæ morbo ex arce virili deiectam, & ad muliebres functiones applicatam? Quis Samfone fortior? At meretrix, cui vinculis impati amoris adhæserat, dormire eum fecit super genua sua, & in sinu suo reclinare caput, crines illius rasit, & comam consecrationis eius abstulit, ad cuius custodiam vires è supernis datas acceperat, & sic infirmum factum sanis aduersariorũ exposuit, Hercules quoque ad hanc veritatem aperiendam fabella narratur, qui post gloriosissimos de hostibus triumphos reportatos, lasciuia victus, inter mulierculas sedes tenuissima lini fila contorsit. Quem irridens, quidam ita cecinit:

Non pudet Alcide viaticum mille laborum
Rasitibus calathis imposuisse manum?
Crassaq; robusto deducis pollice fila,
Æquaq; sermose pensa rependis heræ?
Diceris infelix scutice tremefactus habens
Ante pedes dominæ pertinuisse minas.

Quod autem fuerit huius fabellæ documentum expotuit Fulgentius, si non Ruspis episcopus, at alius non contemnendus, in hunc modum. Pareite, quælo, iudices humanis ardoribus: quid enim puerilis,

A aut muliebris sensus in amore efficiat, ex quo libidinis pugna, Herculeæ defudat virtus: Mulier enim illecebra maior est mundo, quia quem mundi magnitudo vincere non potuit, libido compressit. Inuasit ergo virtutem de crimine fœmina, quam mereri nõ potuit de natura. Hercules enim amauit Omphalen, quæ eum persuasit, & coh delicatos enervare contactus, & lasciuienti pollice fustoretum rotare vertiginem, &c. Quibus addit Hercules ex nominis interpretatione significare fortitudinis gloriã, quã manifestũ est libidine superari. Vis tandem corpora hominũ luxuria deformia & exalta conspicere? Verte oculos ad illos, eorum facies considera, voces ausculta, quibus ingenuè fatentur ex intemperantia in mille morbos incidisse, & dolores nois molestis & doloribus cumulasse: Quid de corporis voluptatibus loquat? inquit Boëtius, quarũ appetentia quidem plena est anxietas, fuitas verò penitentia? Quantos ille morbos, quam intolerabiles dolores, quali quendã fructum nequitia, fruentiũ solent referre corporibus, quorũ motus quid habeat incudiatatis, ignoro. Tristes verò esse voluptatũ exitus quilibet reminisci libidinum suarum vult, intelliget.]

Hæc sine dubio ita se habent, ac vita status nostri tota spiritalis, & celestis, ad suorum cultorum perfectionem, & Dei venerationẽ, & animarum salutem instituta, perspicaci eget intellectu, quoad diuina se effert, alacri & expedita voluntate, qua semper in superiora contendat; quieta mente, qua vndiq; aduersantia circũspiciat, vegeto corpore, cuius humeris onera disciplina sustineat. Quæ cùm absque Castitate non possideatur, perspicuum est, sine hac virtute purissima statum nostrũ stare non posse. Et quidem profus ignoro quoniam pacto quis sine animo Casto ieiunia suscipiat, vigilas custodiat, corpus asperitatibus macerabit, quam ratione silentium colet, sensus & affectus comprimet, virtutibus omnibus acquirendis insistet; quoniam modo orationi & meditationi se tradet, in diuino amore, & in puritate proficiet, & animarũ saluti aut exemplo, aut etiam doctrina vacabit: Sine his verò vita religiosorum religiosa nõ erit, nec à mundo aliena, nec spiritibus Angelicis cognata, vnde & sine Castitate suam perdet naturam, atque substantiam.

Vita hæc quid operatur in nobis? Nonne vt simus Dei patris domicilia, Verbi templa, Spiritus sancti tabernacula? At Dominus non nisi puras mentes inhabitat, non nisi in mundis corporibus cõmoratur, ipse dicente; Non permanebit spiritus meus in homine in æternũ, quia caro est. Id est, quia carnalis est. Ipse namque ab initio conditionis suæ caro fuerat, id est, ex carne coagmentatus, atque compositus, at quia castus, & purus erat, spiritũ Domini habitare accepit. At postquam Castus esse desit, & mulierum pulchritudine delectari cepit, Deum à se honorabilem hospitem repulit. Nam in maleuolã animã nõ introibit sapientia, nec habitabit in corpore subdito peccatis. Nõ alius profecto, quã peccatis sibi propriis, scilicet peccatis carnalibus, quibus inscitur, atq; fœdatur, ne in se spiritũ sapientiæ habitatorẽ recipiat. Deniq; non solum a hoc status noster est institutus, vt Dei simus habitacula, sed etiam vt Christi in sacramento latentis simus palatia. Eum sacerdotes quotidie suscipimus; non sacerdotes, ex regula frequenter excipiunt. Quis autẽ audebit, pollutus, & carnis sordibus, aut impuris cogitationibus inquinatus, ad sacram illam Angelorum mensam accedere? Religiosis quidẽ ea dicimus, si quidẽ equa est in illis causa, quæ Bern. Episcopus & clericis intimaui. Hos ille sic alloquitur. Certè Dominus dicit in

Doct. lib. 3. de cons. sol. prof. 7.

Gen. 6. 3.

Sap. 1. 4.

3. Reg. 11. 1. 4. 5. 7.

2. Reg. 13. 4.

Ouid. Her. 9.

Fulgent. li. 2. Mythol. c. 5.

Euangelio ad Episcopos, haud dubium in primitiua Ecclesia: Sint lumbi vestri praecincti.] Castitatem approbans non tantum, sed etiam imperans. Attestatur etiam hanc Spiritus sanctus in lege: qui nemini nisi mundis, (& praecipue à mulieribus) panes propositionis edere sinebat. Vnde & Achimelec Dauid regi de his panibus cum militibus sumere cupienti, non prius concessit, quam eos mundos esse à mulieribus cognouisset, dicente Rege Dauid: Si de mulieribus agitur, mundi sunt pueri ab heri, & nudius tertius.] iam tunc significante Spiritu sancto, neminem ad mensam Christi, ad illum que panem Angelorum debere accedere nisi purificatum mente & corpore, ne quod gratia diuina fidelibus praeparauit ad salutem; indignè sumentibus ad iudicium fiat, & ad condemnationem. Sic ille.] Castitas igitur vndique nos ad sui custodiam & amorem astringit, siue finem religiosae vitae spectemus, qui est sanctitas atque perfectio; siue officium, nempe abiectionem hominis veteris, & Christi imitationem consideremus: siue ad omnes status huius functiones attendamus. Quamobrem & virtus tam omnibus modis necessaria nobis diligenda, & opere excolenda est, ne si ipsa desit, vita statu religioso digna deficiat; dicaturque nobis, quia labiis, & externis ceremoniis Dominum honoramus, corde tamen & conuersatione contemnimus, & alios, qui ex vita nostra scandalum patiuntur, ad blasphemandum nomen Domini, qui tales seruos habet, immundos scilicet & impudicos, impellimus.

De Multiplici excellentia Castitatis.

CAPVT III.

RVRISSIMAM Castitatis virtutem non solum à nobis necessitas postulat, sed multiplex etiam excellentia commendat; quam si aggredieremur sigillatim edicere, tractationem longissimam cuderemus. Solum ergo ne huic tractatulo pars ista deficiat, duodecim Castitatis excellentias breuiter praebibimus. Et merito bona eius vsque ad duodenarium numerum protendimus, vt numerus iste, qui perfectionis dicitur, & felix, atque caelestis, nos diuitiarum Castitatis admoneat, quae ad suam perfectionem progressa hominem caelestem efficit, & felicitatis muneribus replet. Duæ illa columnae templi, quarum nomina erant, Iachin & Booz, & à firmitate, vel à fortitudine nomina acceperant, virtutesque perfectos indicabant funiculo duodecim cubitorum, vt est in Ieremia, vel linea eiusdem mensurae cingebantur, quae linea Castitatem mihi significat duodecim praerogatiuis exornata, vitos iustos merentem, & eorum robur ac firmitudinem explicantem. Magna enim eorum fortitudo est, si carnem vincant, & aculeos eius ignitos euertant, & se puros corpore mentequè custodiant. Iam ergo ad rem veniamus.

Abea autem excellentia exordiamur, quod Castitas aliis Ecclesiae modis viuendi imagine & significatione praefertur. Nam coniugium fructu trigesimo designatur, quem terra bona tulit. Castitas vero post semel expertas carnis delicias, fructu sexagesimo, & virginitas centesimo fructu depingitur. Illa prima Castitas, & imperfectior mediocritate coniugii excedit, hæc vero secunda atque perfectior duabus mediocritatibus, & insuper denario supra coniugii exerescit. Quare? Quia Castitas ita praestantior est coniugio, vt limites humanae naturae non videatur excedere. Quid enim faciet homo postquam coniugium vxoris morte solutum est, nisi Castita-

Atem excolere? At virginitas, quae in carne carnis nescit, & deliciis eius nunquam assensum praebeat, maxima quadam perfectione denario significata, videtur ad naturam Angelicam accedere, & conditionem hominis superare. Iure autem hæc sortori suae, nempe priori castitati, tantae eminentiae significatione praenonitur, quoniam castitas naturae integritatem amissam esse supponit. Virginitas vero illam integritatem nulla ratione minuit, sed seruat. De qua rectè dixit Sixtus Papa: Quale bonum sit virginitas, quæso diligenter aduerte, talem te semper esse, qualem à primordio Deus hominem fecit, & qualem postmodum partus emittit. Vide quantae beatitudinis sit, hoc te perpetuò esse, quod factus es, & primae natiuitatis lineamenta seruare.] Vtraque itaque Castitas suo modo naturam exornat, & supra communem viuendi modum se effert, praemiumque maius (vt postea dicemus) paratum habet. Et ob id fructu cumulatiore signata est, vt ex imagine rei signata, praestantia monstratur.

BSecunda excellentia Castitatis est quod hominem, in eo quod homo est, mirificè ornat, & perficit. Homo quatenus homo est, vtitur ratione, & intellectum, consideratione rerum incorporearum exercet. Castitas autem intellectum illustrat, & ad rectam de rebus habendam cognitionem parat. Nam spiritus hominis corpori mersus, & quasi nebula carnis obelatus, nequit contemplari caelestia, nisi nebula hæc aut penitus auferatur, aut aliquo remedio tenuetur. At Castitas licet corpus non auferat, ipsum tamen ad quoddam genus spiritualitatis reuocat, & cœnum impurissimarum voluptatum excludens, eius, ne contemplationi obstet, crassitiam extenuat. Dominus volens cum Abraham altissimam amicitiam inire, & ad suam familiaritatem admittere, eduxit eum de Vr Caldeorum, ac de terra Chanaan; & de vrbe Haran, eduxitque eum in locum Sichem, & vallem illustrem. Ibi autem cepit ei se familiaritatem ostendere, & magnifica polliceri: Et dixit illi: Semini tuo dabo terram hanc.] Vr, ignem; Chanaan, negotiatorem; Haran, destructam, vel sublimem; Sichem, prauorum affectuum ablationem significat. Ab igni igitur luxuria egrediendum est, de qua dixit Ecclesiasticus: Propter speciem mulieris multi perierunt, & ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit.] A negotiis secularibus, & ambitione sæculi exendum est, & in puritatem corporis, & cordis properandum, vt Deum agnoscamus, & eius fruamur alloquio. Nōne homo impuris voluptatibus deditus, & bestiis insipientibus similis factus, nomen stulti insipientisque meretur, cum ab Angelorum commercio, quibus animo similis est, se elongauerit, & ad belluarum infima se deiecerit? Sed non recipit stultus verba prudentiae, nisi ea dixeris, quae versantur in corde eius.] Carnalia voluit, obscœna cogitatione apprehendit, & ea solum intelligit. Animalis homo non percipit ea, quae sunt spiritus Dei.] Animalis est, qui anima regitur secundum quod corpus vegetat; mediūsq; interiacet inter spirituale & carnalem. Si autem animalis non percipit, multo minus carnalis caelestia percipiet. Ac proinde hoc bonum viro honesto & casto seruetur, vt mundis oculis, & à fumo fastidarum cogitationum liberis caelestia contempletur. Vnde Gregorius Nissenus ait: Vitae huius (id est in Castitate traductae) omne studium, atque institutum illud est, vt ne voluptatum impetu, animi deprimatur altitudo, neue nos, qui caelestia contemplari, quie ad diuina animo contueri debemus, ad corporis affectiones

delapsi

I. Reg. 21.
4.

Sixtus. 3.
lib. de
Cast.

II.

Gen. 12.
7.

Eccles. 9.

Prou. 16.

1. Cor. 14.

Nissenus.
lib. de
virginitate.

delapsi cadamus. Quo enim modo animus noster, qui inferiori huic carnis voluptati mancipatus est, atque in humanorum affectuum appetitionem totus incumbit, potest cognatum illud lumen, quod ueritate ipsa cernitur, vacuo & libero sensu aspicere, cum is praua quadam atque inerudita anticipatione ad humiles has res & lulentas aciem intendat? Nam ut porcorum oculi, natura in terram conuersi, mirificarum rerum caelestium aspectum non habent: sic animus corporis luxu perditus, cum ad humilia, & ad ea, quae sunt pecudum, inclinatus sit, non caelum amplius, neque reliquarum rerum conuenientiam, & decorem cernere poterit. Quare ut ad uoluptatem diuinam illam quidem, & beatam, animus noster quietus ac liber maximè respiciat, ad nullas omnino res caducas & terrenas seipse conuertet, neque earum voluptatum particeps fiet, quae ad communis uitae indulgentiam comparatae sunt, sed omnem potius amoris vim, à rebus corporis ad eam traducet pulchritudinis contemplationem, quae & corporis experta est, & mente cernitur. Atque ad hanc quidem animi affectionem, studiumque, est corporis inuenta uirginitas, ut cum affectionum, quae à natura tributa uidentur, obliuionem animo maximè artulerit, in pura diuinæ sempiternaeque uoluptatis consuetudine uersetur: quam cor solum, pura, eius qui nos regit, animi integritate adhibita, capere solet. Beati enim mundo corde, inquit, quoniam ipsi Deum uidebunt. Sic ille. Et Damascenus idem confirmat, asserens, Deum Israelitis castitatem imperasse, ut eis sui uidentis & audiendi copiam faceret. Ac sacerdotibus eandem castitatis legem imposuisse, ut ad templi abdita ingredi possent. Si impura igitur uoluptas intelligentiam obscurat, Castitatis uirtus illuminabit, ut facile caelestia percipiat. Speculum, si mundum, ac purum fuerit, facile obiectas rerum imagines refert: ita animus ab impuritate deliciarum carnis alienus, optimè res caelestes & diuinas intelligit. Et sicut Patriarcha Ioseph, in praeuium Castitatis, interpretatione somniorum ditatus est; sic & casti, diuinorum intelligentia cumulantur, ut candor corporis candori mentis seruiat, & pulchritudo Castitatis, carnem possidens, in mente splendorem scientiae possideat.

Matth. 5.
8.
D. Damasc. lib.
4. fidei c.
25.

III.

Deinde tertia Castitatis excellentia est, quod hominis cor à dura seruitute liberat, & quasi in domino sui ac potestate constituit. Nam carnis peccata suis illecebris cor illigant, & uoluntatem reginam ac dominam uirum animae uincunt, & ad impurissimum carnis obsequium trahunt. Cuius fouendae & impinguandae gratia, nullum est peccatum, quod uoluntas horreat, nullum periculum, quod extimescat. Quare Dauid rex, supra se, nisi Deum, nullum agnoscens, & cui infelicissimum esset cuique regi etiam potentissimo obtemperare, non erubuit ob infames corporis uoluptates, adulterio, homicidio, & ignominiae apud suum regnum incursum se subicere. Hunc miseritimum carnis dominatum Castitas excutit, & uoluntatem nostram dominam, carni ancillam dominari facit. Casti possunt sibi ascribere illud Pauli in sensu non admodum diuerso: In carne ambulantes, non secundam carnem militamus. Licet enim in carne uiuant, licet eorum anima carni adhuc iuncta subsistat, non tamen sub carne regina militant, sed eam conculcantes ut ancillam, spiritus desiderii obtemperant. Ideo homo carni seruiens, seruo, licet à libero nasceretur, signatus est. Nam & Abraham duos filios habuit, inquit Paulus, unum de ancilla, & unum de li-

2. Cor. 10.
3.

Galat. 4.
22.

bera, quae sunt non solum per allegoriam, uerum & per tropologiam dicta. Filius ancillae Ismael dictus est, figuratque appetitum carnalem, & significat exauditionem Dei, quia anima, cui infederit, nisi Deus illam clamantem exaudiat, ille cebris carnis illaqueata peribit. Hic est homo ferus, qui non ratione regitur, sed solitudine, aut secessu à consortio hominum non necessario, & corporis afflictatione domatur. Manus eius contra omnes, & manus omnium contra eum: quia omni bono desiderio aduersatur, & omnes vires internae in unum colligendae sunt, ut mens eius feritati reluctetur. Filius uero liberae, uocatus est Isaac, quod interpretatur, denotat ritum, significatque appetitum rerum caelestium: qui mentem recreat, & omne gaudium ac laetitiam accersit. In dieque ablationis eius fit grande conuiuium, quia iustus incredibili gaudio perficitur, cum istud desiderium quasi infantiles annos supergrediens, ad perfectum opus procedens, ut robustus & uetus demonstratur. Ille appetitus, ancilla filius, est seruus, quia legibus ita statutis, partus uentrem sequeitur, ut intelligamus, eos qui carnalibus desideriis obediunt, seruos esse, & se proprio arbitrio carni seruae uilissimae subdidisse. Ille uero appetitus, liberae filius, est liber, quia nos carnis dura seruitute liberat, & ab onere turpium cogitationum exonerat. Tu qui haec legis, si nondum carnis dominium excussisti, audi imperium castae mulieris: Eice ancillam, & filium eius: non enim erit haeres filius ancillae cum filio liberae. Non enim poteris desiderium perfectionis augere, immo nec custodire, & desiderium tuae carnis obtemperare. A deo autem uerum est, carnis uoluptatem seruitutem esse, ut communis usus obtinuerit matrimonium ad consuetudinem carnis ordinatum coniugij uinculum appellare. Quare Paulus ait: Mulier aligata est legi, quanto tempore uir eius uiuit, quod si dormierit uir eius, libera est. Si statum religiosum professus, haec uincula licita quidem, sed minus perfecta, rupisti, caue ne in tantam miseriam ob incuriam tuam incidas, ut illicitis nexibus illigeris, & Castitatis libertate destituaris.

Gen. 16.
12.

Gen. 11.
8.

Galat. 4.
10.
Gen. 21.
10.

1. Cor. 7.
39.

IV.

Sequitur quarta excellentia Castitatis, quia ipsa est, quae cultores suos immensis diuitiis ac thesauris cumulat. Nunc diuitias has perituras praetereo, quas status noster spreuit, & ad spirituales pertranseo, licet certum sit, illas quoque à Castitate donari. Nam & castissima Iudith quasi in initium praemij Castitatis suae, magnas opes est consecuta. De illaque dicit scriptura: Iudith magna facta est in Bethulia, & praeclearior erat uniuersae terrae Israel. Erat autem diebus festis procedens cum magna gloria. Copiosus enim seruorum ancillarumque comitatus, eam praecedens & sequens, cum singulis annis statuto tempore Ierosolymam petebat, diuitiarum eius erat insigne. Illarumque etiam iudicium erat donum illud magnificentum, quod Domino dedicauit: Uniuersa enim uasa bellica Holofernis, quae dedit illi populus, & conopsea, quod ipsa sustulerat de cubili ipsius, obtulit in anathema obliuionis. Ne scilicet successu temporis rei gestae obliuio subreperet, & memoriam tanti miraculi tempus intercideret. Honestatem, inquit Ambrosius, secuta est Iudith, & dum eam sequitur, uilitatem inuenit. Et eandem prorsus inueniet, qui quis honestatem sectatus fuerit, quia proprium est impudicitiae, opes consumere, quae meretricibus erogantur, & bona omnia temporalia depascere. Tertius fluuius ex his, qui à paradiso egrediebantur, erat Tigris; & ut ait Augustinus, significat temperantiam, quae resistit libidini. Iuxta hunc autem fluuium uidit Daniel uirum unum uestitum lineis,

Iudi. 16.
25, 27.

Iudi. 16.
23.

Ambros. 3.
offic. c. 13.

Aug. lib. 2. de Gen. contr. Manich. c. 20.

Daniel.
10, 5.

Ecclesi. 26.
20.

Sap. 7. 11

Sap. 3. 13.

Ruffi. lib.
2. Ecclef.
hif. c. 8.

Amb. lib.
3. de Vir-
ginit.

Sap. 4. 1.

nempe Castitate circumdatum, [& renes eius accinxi auto obrizo,] quia videlicet aurum, & reliqua, quae in opibus computantur, solent honestatem comitari. Sed relinquamus ista, & ad spirituales diuitias intendamus, quas certum est mirum in modum virtute Castitatis augeri. Nam Castitas, aut tentationibus assiduis impugnatur, aut communiter pace & tranquillitate perfruitur. Si impugnetur, quotidie mille triumphos, & victorias de hoste reportat, & ditissima spolia, ac immensas opes, ex victoris magnis proveniunt solitas, coaceruat. Si pace fruatur, diligentissima cura portas sensuum, cogitationisque custodit, & corpus frequenti afflictione in seruitute redigit, sine quibus, mens impugnationibus carere non potest. Haec autem tam iugis corporis castigatio, delictorum abiectione, sensuumque cohibitione maximas etiam opes importat. Adeo ut dicat Ecclesiasticus: Omnis autem ponderatio, non est digna continentis animae. Id est, nihil est in opibus & thesauris huius mundi, quod cum anima casta & pura valeat comparari: quia non tam abundanter thesauri domos diuitum replent, quam merita, Castitatis corpora, & animas continentium exornant. Nec imprudenter quisquam illorum dicit: Veniunt mihi omnia bona pariter cum illa:] quoniam, & puritatem mentis, & mundiciam corporis affert, & sensibus ordinem, & motibus modum secundum modestiam confert.

V. Castitas etiam non caret honore maximo, quo ad quintam eius excellentiam pertinet, & quia in praemii eius honos numerandus est, breuiter ab hoc bono nos ex pediemus. Hanc igitur virtutem vniuersi venerantur, & nihil magis quam animam continentem, & carnis voluptatem spernentem, suspiciunt. Scriptura sacra illam beatam praedicat. Quoniam faelix est, inquit, sterilis, & incoquinata, quae nesciuit thorum in delicto, habebit fructum in respectu animarum Sanctarum.] In illo postremo examine, cum Deus opera nostra discutiet, haec fructum maximum suae castitatis habebit, & ex eo apud illam frequentissimam concionem in maxima admiratione erit, & magnum honorem percipiet. Haec ad futuram vitam. Sed & in praesenti immensus honos praemium est Castitatis. Helena enim imperatrix clarissima, ut refert Ruffinus, virgines, quas Hierosolymis reperit Deo sacratas, ad prandium inuitatas, tanta deuotione curauit, ut indignum crederet si famularum vterentur officii, sed ipsa manibus suis habitu succincta cibum apposuit, poculum portexit, aquam manibus infudit.] O quam numquam visus, nec auditus honos! Regibus nobiles seruiant, & viri illustres famulentur, at castis & puris animabus reges ipsi more seruorum obsequium exhibeant. Ut appareat, honorem regium, & imperatorum, qui maximus est, non alia ratione, quam seruum debere honori castitatis assistere, huncque opere ipso se maiorem praedicare. Mirum autem non est, si regina fidelis tanto honore fuerit Castitatem profecuta: cum apud infideles etiam magnum honorem semper habuerit. Certè ipsis gentibus, inquit Ambrosius, inter aras & focos venerabilis solet esse virginitas; & in quibus nulla meritorum est pietas, nulla mentis integritas, in iis tamen carnis virginitas praedicatur.] Quae autem de virginitate dicta sunt, suo modo Castitati conueniunt. Ex parte namque difficilius est, post seruitutem carnis in libertatem assurgere, & postquam quis voluptatibus victus est, voluptates vincere, & post inquietudines belli, quibus affluet erat, pacem & puritatem amare. Quare de illa Sapiens ait: O quam pulchra est casta generatio cum claritate:] immortalis est enim

memoria illius, quoniam & apud Deum nota est, & apud homines. Tanta est huius virtutis dignitas, ut non tam narratione quam admiratione & exclamatione sit explicanda. Praestantissima profus virtus est, non ex sterilitate, sed ex puritatis amore, filius carere, & posteritatem desitutam non relinquere. Huic maxima claritas, laus, & reuerentia, ac nominis celebritas adiuncta est, quam numquam temporis debet obliuio. Nec enim Deus tantum eam approbat, & charam habet: verum & homines vniuersi, impudici quoque & carnales, illam venerantur. Excelsumque putant, sicut reuera est, carnis vinculis non teneri, eaque amore puritatis infringere. Merito igitur Castitas cingulo signata est illis verbis:] sint lumbi vestri praecincti.] Quoniam sicut baltheus signum & ornamentum fuit Romanae militiae, quem deponere, dedecus, & exauctoratio esset; ita, & cingulum Castitatis nos honore afficit, & ipsum deponere, in sempiternam ignominiam coniciit.

VI. Ut autem in Castitate nihil possit desiderari, sexta eius excellentia est, quia contra id quod carnales putant, incredibilem secum suauitatem, & purissimam voluptatem, affert. Dulce enim est aulico in domo sua quiete sibi a rege concessa frui, sed dulcius pro amore regis, & eximio praemio consequendo, ea quiete ad tempus carere. Ita suae forsitan esset viro iusto licitas coniugij delicias experiri, sed multo dulcius atque suauius, pro amore Christi, & desiderio praemij celestis, eas ad vitam breuissimam posthabere. Deliciae corporis, sunt deliciae carnis, quas belluae etiam capiunt; at deliciae Castitatis, sunt deliciae spiritus, nobis Angelisque communes. Nec quia eas dicimus delicias spiritus, putandum est carnem nullum illarum habere commercium: immo & caro assueta Castitati, multo verius & felicius de integritate, quam de corruptione laetatur. Nam voluptas turpitudinis breuis est, voluptas vero Castitatis perpetua, quam nec corporis dolor intercidit, sed in dolore sua integritate & puritate congaudet. Id profecto Casti hanc virtutem perfecte possidentes probe intelligunt: impuri vero & lasciuu sentire non valent. Ad quod propositum Cassianus optime ait: Ut enim vim sanctitatis huius inexpertus, mente percipere; ita explicare sermone non valebit expertus; tamquam si quis dulcedinem mellis, ei qui numquam quidquam dulce gustauerit, velit sermonibus enarrare, profecto nec ille saporis suauitatem, quam numquam ore percepit, auribus capiet, nec ille dulcedinem, quam gustus voluptate cognouit, verbis poterit indicare, sed propria tantum agnitione suauitatis illectus, necesse est ut experti saporis iucunditatem intra semetipsum solummodo tacitus admiretur. Ita igitur quisquis in hunc, quem praediximus virtutum statum meruerit peruenire, haec omnia, quae in suis peculiari gratia Dominus operatur, tacita mente perlustrans, horumque omnium attenta consideratione flammatus, cum intimo cordis exclamabit affectu: Mira opera tua, & anima mea nouit nimis.] Haec ille. Sed Bernardus breuius. Fructus, inquit, Castitatis est suauitas. Et sanctita mihi videtur locutus ut dulcedinem Castitatis, carnis voluptatibus anteponat. Harum enim fructus est tribulatio, cum Paulus dicat: Tribulationem carnis habebunt huiusmodi.] At castitatis fructus est suauitas, quia ipsa à carnis tribulatione nos liberat, & mira quadam serenitate iucundat. Atque ut Isaias ait: In cubilibus, in quibus prius dracones habitabant, orietur viror calami & iunci.] Nam,

VI.

Cass. col. 12. r. 11.

Ps. 138. 44. Bern. ser. 22. ad p. 100.

1. Cor. 13. 28.

Isai. 3. 7.

in cor

in cordibus hominum, in quibus latebat immunditia, & turpitudinis, omnis continentia ac pudicitia succrescet. Carnali dicit diabolus: delectare in carne, & dabit tibi quod metuis, molestiam, & anxietatem, & conscientiae morsus. Casto vero, & pudico ait Spiritus Dei: Delectare in Domino, & dabit tibi quod cupis, laetitiam, & iucunditatem, ac petitiones cordis tui. Hancque delectationem non tantum ex aliis virtutibus, sed etiam ex Castitate decerpit Bernardus aperte confirmat. Quis vestrum, ait, ad fratres suos loquens, qui non saepe expertus sit conscientiae bonae delectationem: Qui non gustaverit saporem Castitatis, Humilitatis, Charitatis: Non est haec delectatio potus, neque cibi, aut similis cuiuslibet rei, delectatio tamen est, & maior omnibus illis. Diuina enim est, & non carnalis delectatio: & cum in his delectamur, plane delectamur in Domino. Praecipua causa, ob quam spurcitiae carnis amantur, delectatio est. Iam igitur contemptamur, quandoquidem in Castitate purissima maiores, & veriores, ac purissimae deliciae ab eius amatoribus inuentae sunt; quas si impudicus non percipit, castus tamen & pudicus attingit.

Adhuc de Excellentia Castitatis.

CAPVT IV.



ANTAE numero sunt excellentiae Castitatis, ut non poterint vno capite comprehendere, & ideo sub nouo titulo eas explicare pergamus. Castitas pulcherrima virtus est, immo tanta est eius pulchritudo, ut puritatis & mundiciae nomen obtinere meruerit. Eumque mundum, & pulchrum, & splendidum dicamus, qui virtutibus reliquis decorem Castitatis adiunxit. Tam magnus est huius praestantissimae virtutis decor, ut Dominum ipsum auctorem pulchritudinis ad sui amorem alliciat. Quasi admiratur ille animam perpetua continentia vestitam. Quae est ista, quae ascendit, inquit, per desertum, sicut virgula sumi ex aromatis myrrhae, & thuris, & vniuersi pulueris pigmentarij? An non desertum eo tempore legis scriptae continentia perpetua erat, quam nemo nisi ex speciali praecipito Domini, audebat excolere, cum scriptum esset: Maledictus, qui non fecerit semen in Isaac? Sed per hoc desertum ascendens anima casta, multa habet immensis decoris insignia, quae eius sponsum admitterentur. Ascendit ut virgula. Quid rectius? Et ut virgula sumi. Quid humilior? Proccedit aromatum plena. Quid ornatus? Myrrha mortificationis perfusa, quid honestius? thus orationis redolens, quid suauius? Vniuersum puluerem pigmentarium perfectae imitationis Christi habens, quid locupletius? Haec sunt, quae Castitatem suffulcunt, atque custodiunt: quia Castitas non est secura, nisi intentionis rectitudine & humilitate fundetur, & aliis virtutibus, & Christi exemplis, praesertim vero mortificatione, & oratione cingatur. Virtus illa, quae sua pulchritudine oculos sponit capit, quid mirum, si & oculos seruorum eius, nempe Angelorum, & hominum, magna admiratione corrumpat? Certè Angelis pulchra est anima Casta, quae in hoc rusticorum pago splendorem aulicorum caelestium emulatur. Certè & hominibus pulchra est, quae ita statui eorum deliciae carnis fusco praefertur. Bernardus quidem perpetuam Castitatem liliū vocans, huiusque nominis causam assignans, eam ad Castitatis pulchritudinem refert,

A De hac igitur gratia lilij, in quo vitis nostra floruit, locuturi videamus, vera luce nos illuminante, quare tanta virtus per liliū figuretur. Et manifestè quidem occurrit, quia propter candoris munditiam, quae ille flos ceteris floribus est praeratus. Hinc sanè munditia virginis merito figuratur typo lilij. Nullus praeterea alius flos vel ipso prospectu tantum praese fert gratiae, quantum hic vnus: quare merito mundissima, & omnibus piis gratiosa virginitas per hunc figuratur florem. Et Beatus Martinus apud Sulpitium, Castitatem perpetuam agro suauolentibus floribus confito similem esse affirmavit. Cum enim vidisset pratum ex parte à bobus depastum, ex parte à porcis suffossum, ex parte penitus illaesum, & pulcherrimis floribus decoratum, dixit: Speciem gerit illa pars coniugij, quae pecore depasta, etsi non penitus gratiam amisit herbarum, nullam tamen florum retinet dignitatem. Illa vero, quam porci, peccora immunda, foderunt, fornicationis imaginem foedam praetendit: ceterum illa portio, quae nullam sensit iniuriam, gloriam Virginitatis ostendit, herbis foecunda luxuriat, foeni in ea fructus exuberat, & ultra omnem speciem distincta floribus quasi gemmis micantibus ornata radiat: beata species, & Deo digna: nihil enim Virginitati est comparandum. Haec ille. De liliis agri dictum est à Domino: Nec Salomon in omni gloria sua coepetit, ut vnum ex istis. Si autem liliū vnum pulchritudinem illius regis superat, quanta erit pulchritudo Castitatis, quae tam eximia est, ut omni florum & rosarum pulchritudini praeratur: Hoc sanè nec mens concipere, nec lingua valet explicare.

B Nec solum Castitatis pulchritudo terrae pulchritudinem superat, verum, & Angelorum pulchritudini se coaequat. Nam de hominibus ad caelestia translatis, vbi nuptiarum functio cessabit, dictum est: In resurrectione neque nubent, neque nubentur, sed erunt sicut Angeli Dei. Quare, inquit Chrysostomus: Cum de icianijs, aut eleemosynis, ceterisque virtutibus spiritualibus locutus fuisset, nunquam Angelorum similitudinem introduxit, nisi cum de soluto viri & mulieris coitu loqueretur, dicens: Neque nubent, neque nubentur, sed sunt sicut Angeli Dei in caelo? Quonia sicut omnes actus carnales opera sunt animalium, praecipue tamen actus libidinis, opus est animalium: sic & omnes quidem virtutes spirituales, res sunt Angelicae, praecipue tamen Castitas res est Angelica. Per hoc enim solum singulariter homines Angelis assimilantur, & vincitur natura virtutibus. Ideo dicit: neque nubent, neque nubentur, sed sunt sicut Angeli Dei in caelo. Sicut enim quando hoc agimus, quod animalia habent nobiscum commune, animalia esse nos profiteamur: sic quando illud agimus, quod est extra naturam carnalem, naturam carnis egredimur, & Angelis coaequamur. Et Cyrillus. Omnes autem Castitatis cursum, Dei gratia curramus, iuuenes & virgines, senes cum iunioribus: non in superantiam exercentes, sed laudantes nomen Domini. Non ignoremus castitatis gloriam: Angelica enim est corona, & supra hominem haec perfectio: parcamus corporibus quae lucere debent sicut sol. Ne propter paruam voluptatem, ratum ac tale corpus polluamus. Haec illi. Certè tanta est Angelicae naturae dignitas, tantus splendor, ut homo carne circumdatus, eum sustinere non possit. Et ideo Ioannes videns Angelum Dei, cecidit ad pedes eius tamquam mortuus. Quanta ergo erit dignitas Castitatis, quae Angelorum dignitati similis aestimatur? Hanc non vident carnales homines, & ideo castos viros honorare nesciunt: nam

Bern. de pass. Domini. c. 28.

Sulpit. dial. 2. de virtut. Mar. c. 7.

Matth. 6. 29.

VIII.

Matth. 22. n. 30.

Chrysost. hom. 42. in imperf. c. 6.

Cyrrill. Hierosol. catech. 12.

Apocal. 1.

Pf. 36. 4.

Ber. ser. 4. Quae. aragef.

VII.

Cant. 2. 6.



Climac. grad. 16.

I X.

si splendorem animæ Casta, & spurcitas carnis conculantur aspicerent, præ reuerentia & timore in conspectu illius obstupescerent. Hunc certe splendorem vidit Climacus, qui dixit, Castitatem non tantum Angelicam esse virtutem, sed Dei quoque similitudinem continere.

Est etiam Castitas similis cœlestibus, in ea, quam menti infert, tranquillitate, & quiete. In hoc namque cœlestia à terrestribus dissident, quod hæc sicut mutabilitati, ita & perturbationibus patent, & quasi sæua tempestate abtepta huc illucque iactantur. Illa verò mutationibus rerum terrenarum exempta tranquilla quadam pace fruuntur. At consuetudo carnalis sicut res ad terram pertinens, turbationibus & bellis subiecta est. Caro aduersus spiritum concupiscit; reluctante voluntate, eiusque non spectato consensu impuris motibus inardescit; sensibus vndique vagatur, cogitationibus obscœnis vrgetur. Nihil est in homine incontinentem, quod non bellum sonet, & defectionem à lege rationis meditetur. His accedunt curæ innumerabiles de impinguando corpore, de inquirendis indumentis lasciuia feruientibus, de parandis aliis, sine quibus non erit compari satisfactum. Vnde momentanea delectatio inæquali multiplicium anxietatum pretio exsoluitur. Castitas è contrâ, quæ res cœlestis est, dum corpus continet, dum sensus cohibet, dum cogitationem ad bonum ligat, dum modico contenta est, quasi sereno cœlo perfruitur, & non habet vnde bellum a sibus vrgeatur. Quæta est continentia vita, inquit Hugo, quam non inquietat vxoris suspicie, non sollicitant ancillarum sumptus, nec conturbat filiorum pueritas. Quæ mundiciæ gignit florem puritatis pacis fructum, bonæ conscientia profert odorem. Hæc tergit carnis maculas, animam sincerat, restringit cogitationum fluxus. Si quis autem vxoris non est expertus incommoda, experto credat. An non cœli habitatores in pace sunt? Sed in cœlo est patria Castitatis, inquit Ambrosius, hic aduena est, quid mirum si ei pacem & tranquillitatem absturbamus? In cœlo quidem illa habitat, quia non solum concupiscentias, verum & curas terrenas deserit, & se quotidie cogitationibus, & desiderijs cœlestibus infert. In cœlo habitat, in quo suum thesaurum recondidit, suas opes collocauit; & vbi est thesaurus cuiusque, ibi est & cor eius. In cœlo habitat, quoniam licet corpus in terra habeat, spiritum verò à terrenis elongat, qui dum à terra conatur discedere, debet in cœlestibus habitare. Propter hanc autem pacem, qua Castitas pollet, lectulo Christi signata est: quia lectulus est locus quietis, & pacis. [En lectulum Salomonis sexaginta fortes ambiunt ex fortissimis Israël.] Pacificus hic rex, qui pax nostra est, qui pacem attulit his qui prope & his qui longè sunt, non dubium quin in lectulo pacifico requiescat. Lectulus verò eius Castitas, aut cor castum, & mundum est, cum se inter lilia pascatur, & in animas sanctas se transferat. Hunc lectulum in virgine elegit, quia in ventre eius virgineo latere voluit, ab eoque sine latione incorruptionis exiuit, & non in alio, quàm in gremio virgineo paulauit. Et eundem lectulum in sanctis animabus inquirat: quod si impudicitia turpetur, statim cum indignatione discedit. Eum autem lectulum sexaginta fortes ambiunt, multæque virtutes custodiant, gladios femori applicant, & excessus carnis abscindant. Ipsæ præsentur, & oculos, linguam, & manus, & cogitationem, & reliqua in officio continent, vt cor castum à sua quiete & tranquillitate non decidat.

Hugo, li. de nutritis carnal. c. 1.

Ambr. 1. de virgi.

Cantic. 3. 7.

X.

Castitatis etiam est, homines sibi deditos à peri-

culis innumeris liberare. Nam sicut quædam est homini innata nobilitas, vt virgines etiam incognitas tueatur, & solum puritatis seruandæ gratia ab impuris hominibus eas protegat: ita Deus animas castas, quasi ob decus mundiciæ maiori amore dignas & in magna reuerentia ab Angelis habitas, ob eorum mundiciam speciali protectione defendit. Id eoque Castitati magnum periculorum euasio tribuitur. Quare Damascenus ait: Noè cum arcam ingrederetur, atque hoc ei munus imponeretur, vt mundi femina custodiret, huiusmodi iullum accepit: Ingrede, inquit, tu, & filij tui, & vxores filiorum tuorum. Quibus verbis eos ab vxoribus distraxit, vt Castitatis adminiculo pelagus, atque vniuersum illud mundi naufragium effugerent. At verò compresso diluio: [Egrede, inquit, tu, & vxor tua, & vxores filiorum tuorum.] En rursus quo pacto propagationis causa matrimonium permillum sit. Elias deinde, ille, inquam, ignem spirans auriga, ac cœli-peta, an non cœlibatum amplexus est, cuiusque virtutem humana conditione præstantior euectio comprobauit? Quis cœlos clausit? Quis mortuos ad vitam reuocauit? Quis Iordanem scidit? An non Elias? Quid discipulus ipsius Eliseus, an non cum eiusdem virtutis speciem edidisset, spiritus gratiam, quam duplam petiuert, est consecutus? Quid tres pueri, non ne cum virginitatem coluissent, ignis ardorem superarunt, id videlicet per virginitatem adepti, vt eorum corpora igne confici minimè possent? Nam quid de Daniele dicam, cuius corpus virginitate ita obduratum est, vt ferarum dentes ei infigi nequiverint? Hæc Damascenus. Quid quod ipsa per se Castitatis virtus à luxurie innumeris malis nos liberat, quæ Beatus Cyprianus, consortium clericorum & mulierum damnans, late profequitur. Nec erit molestum partem verborum tanti Doctoris audire. Respicite quanta mala conuersatio pluralitatis huius acquirit, quæ non nisi corruptionem seminat, pullulat vitia, cupiditatem concipit, ignominiam parit, rabiem concitat, porrigit furiam, lasciuiam pascit, petulantiam nutrit, casus exaltat, ruinas ædificat, naufragijs velificat, perditione gaudet, interitum fouet, cõsultationem mercatur, thesaurizat opprobrium, criminationes exaggerat, accusationes inflammat, & cateruatim semel in fascem glomerans numerosas indagines captionum, per infinita dedecorum, multiplices mores inuehit in perniciem perditorum. Tot itaque, & tantas strages calamitatis, & pessimæ conuersationis nemo profernit, nemo calcat, nemo funestat, nisi singularis Castitas sola: quæ munimen inuictum est sanctimonie, & expugnatio fortis infamie; fortitudinis firmitas, & lasciuie petulantis infirmitas; probitatis præsidium, & improbitatis excidium; animæ victoria, & corporis præda: vbertas gloriarum, & sterilitas criminum; pronuba sanctitatis, & repudium turpitudinis; sinceritatis indicium, & abolitio scandalorum; exercitium continentia, & euacuatio tota luxurie; pax secunda virtutum, & debellatio iniqua bellorum; puritatis culmen, & libidinis carcer; honestatis portus, & ignominie naufragalis locus. Et cætera, quæ sequuntur, non minus vera, quàm omnibus nota. Ob id ergo solum, si nihil aliud intercederet, Castitas diligenda esset, quod ignominias & infamias, & pericula à nobis arceret, & quasi in quodam munimine & securitate constituit.

Ad hoc etiam pertinet quod Castitas salus est corporis, & longeuitas quædam, ac incunditas vita. Salus quidem corporis, quoniam morbos illos à Castis depellit, plurimos numero, & infames qualitate,

Damasc. lib. 4. de orib. c. 25. Genes. 7. c. 13. 6. 7.1.

n. 8. 16

4. Reg. 1.

Dan. 3.

Cyp. de virg. clericorum.

XI.

quos

quos luxuria secum importat. Hos recensere nostrum non est. Sed vide tu corpora impudicorum, & audi sententiam medicorum, & nihil aut infalubrius, aut pestilentius incontinentia corporibus humanis agnosces. Nam pedum dolores, inquit Chryso-
Chrysof. hom. de Iona. 10. 1. in fine.
 stomus, capitis vertiginem, subitaneas mortes, & cetera, quibus febris, atque languores corporis comparantur, ex luxuriis atque voluptatibus aiunt generari, & tanquam de fonte noxio riuos ad corporum lationem, & ad animorum perturbationem commeari testantur. E contra vero continentium caro, aut sana est, & munda, aut si ex aliis causis infirma, intimo tamen quodam vigore roborata, ut possit imbecillitatem magna ex parte superare, & virtutis actiones exercere. Est etiam longevitas vite, cum Castitas humidum radicale, ex quo tota vita dependet, durabile faciat, & prout rei corruptibili convenire potest, in magna integritate conferuet. Ac demum est etatis nostra iucunditas: nam dum impuras voluptates recitit, iuuentuti vigorem, virili etati tranquillitatem, & senectuti venerationem impertit. Phoenix comparem nescit, & quasi in primum integritatis, aut (si melius loquendum est) in signum primum, quod Castis promittitur, cum se ipsum statibus temporibus remouet, nunquam ad imbecillitatem, aut ad mortem senescit. Hoc Castitatis bonum in Iudith manifeste conspicitur. Cum enim post mortem mariti in florida etate, in insigni pulchritudine, & diuitiis multis esset castissima, & ideo in omnibus famosissima, & terneret Dominum valde, nec reperiretur, qui diceret de ea verbum malum, [vixit in domo viri sui annos centum quinque,] ut tam diuturna etas esset quasi quoddam Castitatis insignis. Sed quid signa querimus, cum experimentum teneamus? Certè pugiles ut corporis vires seruent, & victoriam repotent in certamine, à Venere se abstinent. Quod & animaduertit Chrysostomus sic scribens: Neque enim inebriati licet certantibus, neque scortari, ne vires deficiant, neque circa alia vacare, sed ab omnibus simul abstinendo solummodo suis vacant certaminibus. Quin & apud nostros, qui margaritas extrahunt à mari, curam maximam est Æthiopes huic ministerio seruientes à Venerea voluptate profus arce. Longa enim experientia compierunt eos post coitum, habitum continere non posse, & in mari demersos post paululum suffocari. Propterea quidam scire dixit, hamum margaritarum Castitatem esse: & verè ita est, quoniam Castitas veras margaritas, id est, virtutes apprehendit. Sed quid moror? Deus profecto vitam hominis ob luxuriam decurtauit, ut sciamus eam Castitate protelari: Non permanebit, ait, Spiritus meus in homine, quia caro est,] quia nimirum carnis scdatus criminibus, & voluptatibus impuris infectus: [eruntque dies illius centum viginti annorum.] O quanta dierum hominis imminutio! ut illi, qui antea vivebant septingentis, octingentis, & nongentis annis, & eo amplius, iam eorum etas centum annorum breuitate claudatur. Execratus enim iniustitiam prioris sæculi Deus, inquit Lactantius, ne rursus longitudo vite causa esset excogitandorum scelerum, paulatim per singulas progenies diminuit hominis etatem, atque in centum, & viginti annis metam collocauit. Libido & immunditia & ex natura sua, & ex lege Dei vitam hominum abbreviat. Castitas igitur vitam protelabit, & salute ac iucunditate complebit. Et, ut dixit Ecclesiasticus: Melius est corpus validum, quam census immensus. Non est census super censum salutis corporis, & non est oblectamentum super cordis gaudium: quod sci-

Iudith 16. 28.

Chrysof. hom. 23. in 1. ad Corinth.

Gen. 6. 3.

Lactant. lib. 2. in sit. c. 14.

Ecl. 30. 16.

A licet à corporis sanitate procedit, & in immensum, gaudium à diuitiis, aut ab honoribus ortum exuperat. Quid restat, nisi ut quis voluptates illicitas, propter ipsam voluptatem, ex corporis incolumitate manantem deserat, & saltem propter hunc abiectum finem se ipsum contineat?
 Postremum tandem sit Castitatis elogium, quod omnia à Deo creata Castitatem amant, & aliquam similitudinem, aut odorem eius habere curant. Nulla enim est res, quæ non sua integritate gaudeat, & scissionem sui, ac corruptionem non fugiat. Nulla, quæ mundiciam sui non diligat, & infici ac scdari non extimescat. Nulla, quæ in eo statu, in quo condita est, conseruari non appetat, & ab eo decidere, & in peius labi non horreat. Tanta vis est probitatis, & Castitatis, inquit Augustinus, ut omnis, vel penè omnis moueatur eius laude humana natura, nec vsque adeo sic est turpitudine vitiosa, ut totum amittat sensum honestatis. Vnde si homo, qui in hac re solet esse miserior, Castitatem ipsam, quam sæpe fugit, laudat, & diligit; nulla profecto est creatura, quæ non in eius laudem amoremque conspiret. O igitur virtus præstantissima Castitatis, atque pulcherrima, quæ coniugio humano generi admodum necessario, & à Deo ipso instituto præponeris. Tu intellectum illuminas, & ad capiendas scientias, & cognoscenda diuina, & humana disponenda, dissoluis. Tu voluntatem à compedibus carnis, & à vinculis voluptatum liberat, & dominam, ac sui compotem facis. Tu veris diuitiis cultores tuos, non solum spiritualibus, sed & temporalibus implet. Tu eos maximo honore ac veneratione prosequeris. Tu miram animo & corpori dulcedinem, ac suauitatem attribuis. Inest tibi incredibilis pulchritudo, quam tempus edax, aut etas annosa non aufert. Ita supra res humanas sedem obtines, ut cælestibus spiritibus coæqueris. A te tranquillitas mentis, & corporis manat, & que aduersus pericula fidele refugium, & tutissimum incolumitatis carnis præsidium. Non ergo mirum, si te terrestria diligant, & cælestia quasi in tuo complexu quiescant. Gloriantur & nuptæ, inquit Hieronymus, cum à virginibus sint secunde: [Crescite, ait, & multiplicamini, & replete terram.] Crescat, & multiplicetur ille, qui impleturus est terram. Tuum agmen in cælis est. Crescite, & multiplicamini. Hoc expletur edictum post paradysum, & nuditatem, & ficus folia, auspiciantia prariginem nuptiarum. Nubar, & nubatur ille, qui in sudore faciei comedit panem suum, cuius terra tribulos, & spinas generat, & cuius herba sentibus suffocatur. Meum semen centenaria fruge fecundum est. Non omnes capiunt verbum Dei, sed hi, quibus datum est. Alium, eum quod necessitas faciat, me voluntas. Tempus amplectandi, & tempus abstinendi à complexibus, tempus mittendi lapides, & tempus colligendi. Postquam de duritia nationum generati sunt filii, Abrahæ, ceperunt sancti lapides volgi super terram. Pertransunt quippe mundi istius turbines, & in curru Dei, rotarum celeritate voluuntur. Confluunt tunicas, qui inconfutam desursum unicum perdiderunt, quos vagitus delectat infantium, in ipso lucis exordio steru lugentium, quod nati sunt. Eua in paradiso virgo fuit; post pelliceas tunicas, initium sumpsit nuptiarum. Tua regio paradysus est. Serua, quod nacta est, & dic: Reuertere, anima mea, in requiem tuam. Hæc ille.] Tu igitur, o puritas mentis, & corporis es, in qua requiem habemus, propter quam coniugium honore dignis existimamus. Nam coniugium honorabile est, quia genus humanum mul-

XII.

Augu. 2. de ciuit. c. 26.

Hierony. epist. 22. ad Eustochium. Genes. 1. 28.

Ps. 114. 7.

tiplicat,

tiplicat, honorabilis verò, quia virgines procreat, laudabile, quia pro suo modulo te Castitatem feruat, laudabilis, quia eos generat, qui te perfectè custodiant. Bonum, quia secundum præscriptum Dei mundum à promiscuo concubitu liberat, melius, quia illorum initium est, qui purissimos integritatis amplexus affectant. Te ergo Castitatem quali coniugij finem diligamus, & amplectamur, & medium propter te institutum aliis, qui solum ad terram implendam inhient, assignemus.

Primus gradus Castitatis, voto omnes carnis voluptates abicere.

CAPVT V.

Nunc ad Castitatis gradus explicandos accedamus, quos Patres non eadem ratione numerant. Chryso- stomus enim duorum tantum mentionem fecit. Primus, inquit, est gradus Castitatis sincera virginitas; secundus autem, fidele coniugium, Ambrosius trium illorum graduum meminit, quos supra retulimus. Nam alia, ait, est Castitas virginalis, alia vidualis, alia coniugalis. Sed has magis Castitatis species, quam gradus estimamus. Bonaventura ergo aliter hos gradus distinguit. Altus, inquit, gradus est detestari gestus & tactus impudicos. Altior, detestari verba impudica. Adhuc altior, detestari voluntatem, vel concupiscentiam impudicam. Sicut dicit Iob: Pe- pigi fœdus cum oculis meis.] Et postea. Item altus gradus castitatis est, esse castum per mundiciam carnis. Altior, per mundiciam mentis, quia per impudiciam maculatur corpus & anima, vt dicit Aposto- lus: Quodcumque peccatum fecerit homo, &c.] Altissimus, per imitationem exempli Castitatis Christi. Ioannes tandem Cassianus omnem Castitatis perfectionem in septem gradus partève distinguit. Primus, inquit, pudicitia gradus est, ne vigilans impugnatione carnali monachus elidatur. Secun- dus, ne mens illius voluptatis cogitationibus im- moretur. Tertius, ne femineo vel tenuiter ad concupiscentiam moueatur aspectu. Quartus, ne vigilans vel simplicem carnis perferat motum. Quintus, ne cum memoriam generationis huma- nã, vel tractatus ratio, vel necessitas lectionis in- gesserit, subtilissimus mentem voluptaria actionis perstringat assensus. Sextus, ne illecebrosis phan- tasmatibus fœminarum, vel dormiens illudatur. Septimus, qui paucissimorum est, & specialiter diuini muneris largitate collatus, vt eò vsque mens nostra Castitatis ipsius puritate formetur, vt etiam ipso naturali motu carnis emortuo, illum obscœ- num liquorem omnino non perferat. Hac ille mul- tis omisit.] Sed eos ad minorem numerum Cas- titatis latitudinem contrahentes, & partim alio modo istos gradus prout statui religioso conue- niunt explicantes, eorum tractationem pro more prosequamur.

Sit igitur primus & infimus Castitatis religiosa gradus, cum quis siue post vitam, sine vilo Vene- ree voluptatis experimento transactam, siue post expertas in coniugio, licetè, vel extra coniugium, illicitè, carnis voluptates, de cætero ob deside- rium puritatis, & amorem Dei, se caritum hu- iusmodi voluptatibus statuit, & se voto ad id præ- standum obstringit. Hinc enim incipit religiosa

A professio, quæ ex triplici Paupertatis, Castitatis, & Obedientiæ voto componitur: & ideo inde debet nostra, quæ digna sit religioso nomine, Castitas inchoare. Nam licet per multos annos Castus, aut per totam vitam virgo fueris, si tamen nondum te voto ligaueris, & licet votum habeas, si illud de- nuo in religione approbata nondum emiseris, tua Castitas virtus quidem erit, sed pars religiosa vitæ, qua Deo nos totos consecramus, aut Castitas reli- giosa non erit. Si iam hunc gradum habes Castita- tis, gaude, quia gratissimum Domino animæ & corporis tui holocaustum obtulisti: quia Castitatem tuam, quam antea custodiebas, Deo gratiorem & acceptiorem per votum effecisti: quia religiosa vitæ adiumentis, & multitudine auxiliorum diuino- rum, quæ religiosis erogantur, eam mirificè robo- rasti. Si verò nondum hunc gradum es assecutus, quia adhuc in tyrociniò religionis probaris, vel extra in sæculo manens ad religionem vocaris, mul- ta sunt, quæ te ad hunc Castitatis modum ari- piendum impellant. Ex his autem tria tantum tibi propono, quæ secundum diuersum statum animæ tuæ tibi proderunt: alterum luxuriæ fœditas; alte- rum; nuptiarum incommoditas; tertium, huius Cas- titatis vtilitas.

Aliqui enim hoc genus religiosa Castitatis ve- rentur arripere, quia illicitæ voluptatis nexibus im- plicantur, & in cœno luxuriæ amant volutati. Au- gustinus hoc impedimento tenebatur, ne ad Deum sequendum accederet, vt ipse in suis Confessionibus latè prosequitur. Vocabat illum Dominus: Et non erat omnino, inquit, quid responderem ver- itate conuictus, nisi tantum verba lenta & som- nolenta: Modò, ecce modò, sine paululum. Sed modò, & modò non habebant modum: & sine paululum in longum ibat. Frustrà condelecta- bar legi tuæ, secundum interiorem hominem, cum lex alia in membris meis repugnaret legi mentis meæ, & captiuum me duceret in lege peccati, quæ in membris meis erat. Eodem etiam obstaculo multi illigantur ne audeant Castitati religiosa se de- dere, quos obsecro vt fœditatem luxuriæ confide- rent. Luxuria namque licet non sit omnium pec- catorum grauissimum, at est omnium peccatorum fœdissimum, adeò vt nomen fœditatis obtinerit. Vocatur enim turpitudò, obscœnitas, spurcitia, & si quæ sunt alia nomina, quæ fœditatem signifi- cent. Peccatum hoc magis quam aliud ab hominis dignitate nos elongat, & ad belluarum rationis ex- pertium vilitatem deiicit, & ita rationem obscu- rat, vt homo luxuriæ deditus quodammodo sto- lidum iumentum esse videatur. Immo & iumento insipientior, quoniam hoc verberare & fuste à cibo vitæ retrahitur, impudicus verò, nec flagello infamiæ ab impiis mulieris amplexibus auocatur. Atque: Verberauerunt me, sed non dolui, tra- xerunt me, & ego non sensi.] Alii peccatis homo in alios peccat, luxuria in se ipsum peccat, & cor- pus suum impuritate dilaniat. Qua ratione Paulus ad vitandam fornicationem hortatur. Fugite, in- quit, fornicationem. Omne peccatum quodcum- que fecerit homo, extra corpus est, qui autem for- nicatur, in corpus suum peccat.] Quid est, in corpus suum peccat? An qui se vsque ad ingluuiem cibus & potibus ingurgitant, qui se ipsos vulnerant, & suffo- cant, aut alio genere mortis conficiunt, non peccant in corpora sua? ita sanè. Sed hi non videntur nisi ex- tra corpus peccare, si peccatum hoc cum luxuriæ cõ- feratur crimine. Tam fœdum enim est, & ab hominis dignitate abhorrens meretrici commisceri, & corpus

Chryso- st. hom. 21. ex variis Matth. locis. & in imper- fectò. ho. 32. Ambr. li. 1. de vi- diuis. Bonau. de gradib. virtut. c. 4. tom. 1. Iob. 31. 1. Cor. 6. 18. Cassian. colla. 12.

August. 8. Conf. cap. 5.

Proserp. 23. 25.

1. Corint. 6. 18.

in eius seruitutem redigere, vt huic miseræ seruituti reliqua in corpus proprium admilla peccata non valeant comparari. Templo Dei malum est si destruat, peius si violetur, sed pessimum si abominatio, atque idolum in illo collocetur. Corpus autem fidelis hominis templum est Dei. Nam & idem Paulus ait: An nescitis quoniam membra vestra templum sunt Spiritus sancti? Et rursus: Nescitis quia templum Dei estis, & Spiritus Dei habitat in vobis? Hoc autem corpus impudicitia subicere, profectò est fornicationis idolo dedicare. Certè manus regis pro magna ignominia duceret, si ab eo præcederetur, at si manus vilissimi mancipis fieret, id summam calamitatem reputaret. Incontinentes autem, qui membrum erat Christi, per quodlibet graue peccatum se à Christo rege abscondit, & per luxuriam huic malo aliud addit, quod membrum impuræ mulieris efficitur. Quæ non est mea cogitatio, sed Pauli asserentis: Nescitis quoniam corpora vestra membra sunt Christi? Tollens ergo membra Christi, faciam membra meretricis? Absit: qui autem adhaeret meretrici, vnum corpus efficitur. Si ergo non sumus nostri, sed Dei, incredibile iniuriam corporibus nostris irrogamus, dum ea impudicitia & luxuriæ subiicimus.

Vnde Chrysostomus quasi eos alloquens qui ante baptismum fuerunt in carnis peccata prolapsi, & postea per gratiam in dignitatem membrorum Christi coaptati, hæc ait: Nam si quispiam priuatam domum ingressus, & illam ignominia afficiens, vitium dabit supplicium, qui regis templum latronum speluncam fecerit, intelligas velim, quot mala perpetuetur? His igitur consideratis, eum qui in nobis habitat reuerere, quippe qui consolator est, & tibi coniunctum, & inhaerentem timeas. Christus enim est. Numquid tu te membra Christi effecisti? Animaduerte cuius erant, & cuius facta sunt, & velis te continere. Antea meretricis membra fuerant, & Christus ea proprii corporis membra reddidit. Non ergo eorum amplius habes potestatem, illi seruias, qui te liberauit. Neque enim si filiam haberes, & tanta esses amantia, vt eam lenoni locares, & meretrix efficeretur, inde regis filium eam conspectam tam turpi liberaret seruitute, & sibi matrimonio coniungeret, iterum eam in fornicem adducere posses, quippe qui semel dedisti, semel vendidisti. Huiusmodi nostra est causa, locauimus carnem nostram diabolo lenoni grauisimo. Quod cum Christus animaduertisset, eam eripuit, & à seua illius tyrannide liberauit. Iam igitur nostra non est, sed eius, qui eam in libertatem vindicauit. Quia si velles tamquam regiâ sponsâ vt, nemo prohibet: sin ad priora eam reuocas, ea patietur, quibus digni sunt hi, qui ita iniuria afficiunt, perpeti.

Huius imputissimæ pestis mala nobis summa cura fugienda sunt, quia luxuria non aliter quam infestissimus hostis vniuersa bona nostra tum exteriora tum interiora deuastat. De luxuriæ peccatis Basilius mysticè Euangelicum prophetam intelligit. Regionem vestram coram vobis alieni deuorant, & desolabitur sicut in vastitate hostili. Verè enim aliena sunt ista peccata à nobis, quia appetitus impuri atque bestiales, miseram rationem, qua homines sumus, inuadunt, & voluntatibus belluinis subiiciunt. Deuorant illa regionem nostram, quia animæ virtutes & dona, corporisque robur, ac sanitatem depascunt. Deuorant

A que coram nobis, nam adeò stulti sumus, si carnales sumus, vt nostræ vastationi consentiamus. At quanto erit sapientius & felicitus, si nos luxuriæ oblituerimus? Sifecerimus id, quod Dominus præcepit fieri Amalech, dicens: Non parcas ei, & non concupiscas ex rebus ipsius aliquid, sed interfice à viro vsque ad mulierem, & paruulum, atque lactentem, bouem, & ouem, camelum, & asinum. Gregorius, sub typo Amalech, luxuriæ vitium intellexit: quia de tam pessimo vitio nihil accendi debet in mente, nihil permitti ardere in opere. Viros itaque eius interficimus, si motus suadentes turpitudinem, qui violenter irruunt in nos, diligenti contentione mactamus. Mulieres occidimus, si prauas concupiscentias, quæ his motibus substemuntur, cohibemus. Paruulos, atque lactentes iugulam, si libidinis motus in carne insurgentes, quos mala concupiscentia impura cogitatione lactat, & in iniurio, vt recens nati, non multum negotij facessunt, ad pertram Christum alidimus. Boui & oui mortem asserimus, si consilii luxuriæ fraudulentis, quibus dicitur nobis licere quod antiquis patribus permisum fuit, & simplicibus rationibus, quibus opus nefarium vt naturale suggeritur, vehementer oblitimus. Ac tandem camelum & asinum de medio tollimus, si cogitationes sine intellectu, quæ vngulam per discretionem non findunt, & manifestos carnis lapsus à nobis fortiter amouemus. Hæc omnia latè Gregorius.] Non ergo parcamus huic vitio, sed ipsum penitus destruemus: nam omnium vitiorum seminarium & origo est. Nee arbitremini, inquit Ambrosius, aduersus Apostolum dixisse, quia ille ait auaritiæ radicem esse omnium vitiorum: quoniam luxuria ipsius est mater auaritiæ. Etenim cum exhauserit quis luxuriando proprias facultates, quærit postea auaritiæ compendia. Ipsa luxuria est ignis vsque ad perditionem deuorans. Ille ignis, de quo etiam dixit Salomon: Numquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, vt vestimenta illius non ardeant? Caue & tu, ait idem sanctus pater Ambrosius, ne intra sinum tuæ mentis ignem libidinis & amoris accendas; ne corporeum vestimentum illo animi consumatur incendio, ac perpetuam resurrexionis amittas, vel certè vestigium tuæ mentis vratur, si per libidinum faces tibi putaueris esse gradiendum. Nam qui vitur corde, comburitur corpore.

B
C
D
At dices mihi his rationibus persuasus, atque conuictus, vitium luxuriæ detestor, sed coniugium licitum & sanctum, & à Deo ipso ad mundi conseruationem institutum, concupisco. Super hac re [præceptum Domini non habeo,] sicut super luxuria vitanda, [consilium autem do] cum Paulo, [tamquam misericordiam consecutus à Domino, vt sim fidelis. Existimo enim hoc bonum esse,] scilicet cælibem esse [propter instantem necessitatem,] insitendi temporalibus, quæ coniugatos coarctat, [quoniam bonum est homini sic esse.] Vnde tu si [alligatus es vxori, noli querere solutionem,] sed tuo debito satisfactor. At [si solutus es ab vxore, noli querere vxorem] propter multa incommoda, & tribulationes, quæ nuptias circumsepunt. De hoc argumento latè & optimè scripsit Hugo Victorinus, qui inter alia sic ait: Non est igitur vxor ducenda sapienti. Primum enim studia Philosophiæ impediri: nec posse quemquam libris & vxori pariter inseruire. Multa sunt, quæ matronarum vltibus necessaria sunt, pretiosæ vestes, aurum,

1. Reg. 15. 3.

Gregor.

Amb. lib. de Elis. 6. 19.

Tob. 1. 12. Prov. 6. 27.

Amb. lib. 2. de Apo. lo. Dauid.

1. Cor. 7. 25. 26. 27.

Hugo lib. de nu. priis carnali. c. 2.

1. Cor. 6. 19.

1. Cor. 3. 16.

1. Cor. 6. 15.

Chrysost. hom. 18. in 1. ad Corint.

1. Inia. 1. 7. Bas. lib.

gemmæ, sumptus, ancillæ, supellex varia, lectitia: deinde per totas noctes querulæ conquestiones: illa ornatio procedit in publicum: hæc honoratur ab omnibus: ego in conuentu fœminarum miscella despicior. Cur aspicias vicinam? Quid cum ancilla loquebaris? De foro veniens quid attulisti? Non amicum habere possumus, non sodalem: alterius amorem vxor sui odium suspicatur. Si doctissimus præceptor in qualibet vibium fuerit: nec vxorē relinquere, nec cum tali sarcina illuc ire possumus. Pauperem alere difficile est: diuitem ferre, tormentum. Adde quod nulla est vxoris electio, sed qualis aduenit, talis est habenda: si iracunda, si fatua, si deformis, si superba, si fœtida, quodcumque vitij est, post nuptias discimus. Equus, asinus, bos, canis, & vilissima quæque mancipia, velles, & lebetes, sedile ligneum, calix & vicecolus fictilis probantur prius, & sic emuntur: sola vxor non ostenditur, ne antè displiceat, quàm ducatur. Attendenda est ergo semper eius facies, & pulchritudo laudanda: ne si alteram inspexeris, se existimet displicere. Vocanda est domina, celebrandus natalis eius, iurandum est per salutem illius, vt sit superstes optandum, honoranda est nutrix, & gerula, seruus vererimus, & altricius, & procurator calamistratus, & in longam, securamque libidinem excæctus spado, sub quibus nominibus adulteria delitescunt. Quoscumque illa dilexerit, ij gratis amandi. Si totam ei domum regendam commiseris, seruendum est: si aliquid tuo arbitrio reseruaueris, fidem sibi haberi non putabit, & in odium vertitur, & iurgia. Et nisi citò consulueris, parabit venena anus. Aurifices, & auriolos, & insitiores gemmarum, scricarumque vestium si introduxeris, periculum pudicitia est. Si prohibueris, suspicionis iniuria. Verum quid prodest diligens custodia, cum vxor impudica seruari non possit, pudica non debeat? infida enim custos est Castitatis necessitas, & illa verè pudica dicenda est, cui licuit peccare, sed noluit. Sit pulchra, aut deformis vxor, vtrunque vergetur incommo, qui eam ducit. Pulchra enim citò adamat: fœda citò concupiscit. Difficile custoditur quod plures amant: molestum est possidere, quod nemo habere dignetur: minore tamen miseria deformis habetur, quàm formosa seruatur. Nihil tutum est, in quo totius populi vota suspirant. Alius forma, alius ingenio, alius facietis, alius liberalitate sollicitat: sicque aliquo tandem modo expugnatur, quod vndique incessitur. Hæc omnia adducit Hugo ex Theophrasti libello de nuptiis, qui & addit, quod si propter dispensationem domus, ducatur vxor, melius bona dispensat seruus fidelis, qui quasi ad nutum domini voluntati pareat, quàm vxor, quæ cum domina rerum videatur, sæpe marito contradicit. Si propter languoris solatia, assident homini amici, qui eum satis commode valent consolari. Si propter fugam solitudinis, sapiens cum Deo loquitur si homines desint, & ideo non minus solus, quàm cum solus fuerit. Nec possunt deesse homines præsertim boni, & Deo dediti, quibuscum iucundè conuiuat. Si tandem coniugium ineundum sit liberorum causa, & ne nomen nostrum intereat, & vt in senectute non desint necessaria præsidia: sciendum est, quia multò magis sunt spirituales filij, scilicet insignia virtutis opera, quàm carnales quærendi: & multò verius atque felicius nomen nostrum & memoriam afferant, & in lasa senectute subueniunt, atque lætificant. Hi filij (nobis volentibus) numquam intereunt, filij autem carnis, si boni sunt, possunt præmori; si autem pessimi, & ad

A virilem ætatem peruenerint, tardè eis videbimur mori.

His vitorum incommoda, quæ à nuptiis, illis adueniunt, deteguntur. Sed è contra Hieronymus molestias fœminarum narrat, quæ coniugio colla submittant. Et hic etiam audiendus est, vt manifestè pateat, statum coniugij ex vtraque parte esse molestum, multaque habere non solum quæ à Dei obsequio nos auocent, sed quæ vitam in hoc sæculo iniucundam & insuauem efficiant. Ille sic ait: Idem tu putas esse diebus & noctibus vacare orationi, vacare ieiuniis, & ad aduentum mariti expolire faciem, gressum frangere, simulare blanditias? Illa hoc agit vt turpior appareat, & naturæ bonum infusetur iniuria. Hæc ad speculum pingitur, & in contumeliam artificis canatur pulchrior esse, quàm nata est. Inde insonat garrunt, familia perstrepat, liberi ab osculis & ab ore dependent, computantur sumptus, impendia præparantur. Hinc cocorum accita manus carnes terit, hinc textricum turba commurmurat, nuntiatur interim vir venisse cum sociis. Illa ad hirandinis modum lustrat vniuersa penetrabilia, si thorus rigeat, si pauimenta vererint, si ornata sint pocula, si prandium præparatum. Responde quæso inter ista vbi sit Dei cogitatio? Et hæc fœlices domus. Ceterum vbi tympana sonant, tibia clamat, lyra garrit, cymbalum concrepat, quis ibi Dei timor? Parasitus in contumeliis gloriatur, ingrediuntur expolita libidinum victimæ, & tenuitate vestium nudæ impudicis oculis ingeruntur. His infelix vxor aut lætatur, & perit, aut offenditur, & maritus in iurgia concitatur. Hinc discordia, fœminarum repudij. Aut si aliqua inuenitur domus, in qua ista non fiant, quæ rara avis est, tamen ipsa dispensatio domus, liberorum educatio, necessitates mariti, correctio seruulorum, quæ à Dei cogitatione non auocent? Defecerunt, inquit scriptura, Saræ mulieribus:] post quod dicitur ad Abraham: Omnia quæcumque dicit tibi Sara, audi vocem eius. Quæ non est in partus anxietatibus, & dolore: quæ deficientibus menstrui cruoris officiis, mulier esse desinit à Dei maledictione fit libera: nec est ad virum conuersio eius, sed è contratio vir subiicitur ei, & Domini voce præcipitur: Omnia quæcumque tibi dicit Sara, audi vocem eius.] & incipiunt vacare orationi. Quia quando in coniugio debitum soluitur, orandi præteritur instantia. Sic Hieronymus.] Iam ergo in coniugio vndique curæ & molestiæ, vndique orandi, & spiritu proficiendi impedimenta nascuntur: nec quisquam poterit simul matrimonium inire, & ab his aut aliis similibus incommodis liberari.

Sed audio te dicentem adhuc: Si luxuriari non licet, & coniugium inire non expedit, quid faciendum? An omnes cœlibes permanebimus, vt mundus humana propagatione destitutus ante præstitutum tempus finiatur? Quibus tibi verbis respondebo, nisi ipse Domini, dicentis: Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est.] Non, inquam, omnes præstantiam & tranquillitatem Castitatis intelligunt, vt interpretatur Epiphanius, sed qui ex Deo hoc intelligendi donum acceperint. Aut, non omnes se continendi, & castè viuendi beneficium accipiunt, sed quos Deus ad tam celsum statum elegerit. Ideo timendum non est, vt mundus necessaria propagatione careat, & intempestiue esse desinat. At tu qui instinctus castè viuendi sentis, qui à Deo ad

Hier. 22.
10 & 11
ad
sum.

Gen. 12.
11.
Gen. 11.
12.

Matth.
19. 11.

Epiph.
1. 66.

celi

cœlibem vitam vocaris, de mundo per generationem conseruando non cogites. Immo cogita quomodo ad statum altiorum ascendas, & diuinæ vocationi respondeas. Deliciis carnis extra licitum coniugij statum vacare crimen est, & crimen infame, quod Deus post hanc vitam æterna pœna, & in hac vita, magna ignominia, & multiplici corporis & animæ anxietate castigat. Vxorem ducere molestum est, & pro modica voluptate maximis tristitiis homo colla submittit. Quid restat nisi vt vitam cœlibem ames, & teque ad seruandam castitatem accingas? Ad hoc autem incitat te locus, in quo es, nempe in valle lacrymarum, siue in exilio ad laborandum & pugnandum inuento, in quo non decet de voluptatibus, sed de galea, & caele, & aliis similibus cogitare. Tempus, quod vituis, nam vigilia est solemnitate æternæ, in qua ieiunare, & à deliciis abstinere decet; non carnis suauitates querere. Dux, quem sequeris, Christus scilicet puritatis author, & virginis amator. Sancti, quorum consortium cupis, qui mundos se ab omni pollutione seruant. Vilitas voluptatis, cuius appetentia plena est anxietatis, experientia verò fastidij. Destinata illi à Domino pœna; nam qui [ducunt in bonis, & voluptatibus dies suos, in puncto ad inferna descendunt.] Ac tandem eiusdem voluptatis vacuitas, quæ nunquam faciat, nunquam hominem quietat, sed delicti, & pœnæ, ac tristitiæ spina cruentat. Hæc incitamenta voluptatis deserenda: Laurentius Iustinianus latè profecquitur.

At si Castitas seruanda est, certè optimum & salubre consilium est vt perpetuo voto firmetur, & in tuto religiose vitæ custodiat. Caro enim nostra post primi parentis transgressionem procliuus admodum est ad voluptatis illecebras, quam vt mens nostra efficacius coerceat, debet voti pollicitatione firmari. Est etiam Castitas sicut cæteris virtutibus pulchrior, ita tenerior atque fragilior, quam vt speculum leuis status maculat, quam vt florem spinulæ mucro confodit. quid autem faciet sæculi ventis exposita, & periculis multarum occasionum circumdata, nisi aut deficere, aut deformari? Est thesaurus similis illis de quibus Dominus ad Iob: Numquid ingressus es thesauros niuis, aut thesauros grandinis asperxisti? Et verè thesaurus niuis, quia plena est puritatis, atque munditiæ, qua casti lætantur; & thesaurus grandinis, quia plena refrigerij, quo concupiscentiæ minuuntur. Thesaurus autem non debet in loco periculis exposito possideri, sed in loco tuto, qualis est religio, debet abscondi. Est cibus suauissimus, & manna multiplici dulcedine plenus. Nam, vt inquit Isidorus, amanda est pulchritudo Castitatis, cuius degustata delectatio, dulcior inuenitur, quam carnis. Castitas enim fructus suauitatis est, & pulchritudo inuiolata sanctorum. Talem cibum ne seculi amaritudinibus misceamus, sed illum condimentis religiose vitæ affectum gustare curemus. Est virtus planè cœlestis, & quasi aduena, & peregrina manet in terris. Quare sanctus Bonauentura ait: Castitas est virtus origine cœlestis, hanc ipsi Angeli sancti ab ipso Domino omnium virtutum fontali principio primitus didicerunt, & indeclinabiliter seruauerunt; & hanc summus, & vnus magister noster, qui est in cœlis Angelorum magister Christus Dominus nobis de cœlesti schola ad terram publicè docendo attulit, & matrem gloriosam virginem perfectam primamque post se huius disciplinæ magistratam in cathedram virginis munditiæ cæteris

A mirandam & imitandam præfecit. Hæc ille.] Quilibet autem res optimè in suo naturali loco seruetur, & in alieno quasi violenter detinetur. Castitas ergo perfectè custoditur in cœlo. Cœlum autem quasi extra cœlum positum (vt ita dicam) aut in terram demissum, vita est religiosa, quæ cœli puritatem, & tranquillitatem, & occupationem vacandi Deo iugiter imitatur. Ergo in illa Castitas cœlestis virtus optimè custodietur. Atque adeo tu qui Castitatis amator es, ad vitam debes religiosam conuolare, & in ea per trium votorum emissionem huius primi gradus Castitatis particeps effectus, poteris ad alios (Deo tuis iniitiis fauente) conscendere.

B *Secundus gradus Castitatis, votum abiciende carnalis voluptatis implere.*

CAPVT VI.



DEPTO iam hoc primo Castitatis religiose gradu, quo nos Castitatem seruatos promissimus, ad secundum omnimodis ascendendum est, vt votum nostrum diligenter & fideliter impleamus. Pater cupit habere filios sibi similes, & dominus seruos moribus sibi conformes. Deus autem qui & noster est pater, & Dominus, impensè vult vt nos filij eius, & serui, quantum pusillitas humana suffecerit, ad aliquam eius similitudinem peruenire gestiamus. At ipse, vt ait sanctus David, [fidelis est in omnibus verbis suis, & sanctus in omnibus operibus suis.] Et Paulus. Est autem Deus verax. Et rursus. In spem vitæ æternæ, quam promissit, qui non mentitur Deus. Et, Sine penitentia sunt dona, & vocatio Dei. Atque ipse Dominus de se ait: Cœlum, & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt. Oportet ergo vt nos simus in verbis veraces, & in promissis stabiles, si Deo placere, & ei similes inueniri volumus. Iam labijs nostris votum Castitatis distinximus; quid superest, nisi vt omnem corporis ac mentis mundiciam amemus. Di cuiusque corde, & opere, non tantum externa voce: Reddam tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea. Et, vota mea reddam in conspectu timentium eum. Ac iterum: Vota mea Domino reddam, coram omni populo eius. Meritò ergo hæc, quæ in omnia vota quadrant, ad Castitatis votum applicamus, quoniam illud in conspectu omnium iustorum, & coram omnibus tanta circumspectione custodiendum est, vt vniuersis Castitas nostra nota sit, ipsique possint integritati vitæ nostræ, cum oportuerit, attestari. Magister enim noster Christus, qui ambitiosus, & vorator, & seductor haberi voluit, numquam minus castus dici permisit. Vt nos discamus iniurias, & falsa testimonia in alijs rebus æquanimitè sustinere, in negotio verò Castitatis nec minimam occasionem malè de nobis loquendi, aut sinistre sentiendi, alijs tribuere. Est namque virtus hæc tam delicata, vt solo verbo de religiosis imprudenter effuso, aut sola mala opinione de alijs concepta lædatur. Et non solum peccatum castitati contrarium, sed & loquela imprudentior, qua quis nobis notam immundorum inuit, ipsam Castitatem certa quadam ratione commaculat. Nullum autem vitium ita nos reddit apud

Pf. 144.
13.
Rom. 3.4
Tit. 1. 2.

Rom. 11
29.
Matth.
24.35.

Psal. 65.
14.
Psal. 21.
26.
Pf. 115.14

E

Castitatis nec minimam occasionem malè de nobis loquendi, aut sinistre sentiendi, alijs tribuere. Est namque virtus hæc tam delicata, vt solo verbo de religiosis imprudenter effuso, aut sola mala opinione de alijs concepta lædatur. Et non solum peccatum castitati contrarium, sed & loquela imprudentior, qua quis nobis notam immundorum inuit, ipsam Castitatem certa quadam ratione commaculat. Nullum autem vitium ita nos reddit apud

seculares, aut tam contemptibiles, aut tam iniuos, quam si hoc, statum nostrum sordere conspiciant. Si enim in aliquo religioso iracundiam, vel ambitionem, vel auaritiam videant, nescio quomodo sustinent, & dissimulant, at si impudicitiam non dicant videant, sed velleuiter coniecerunt, eum omnino auersantur, & ineptum ad remedium aliquod animarum profitentur. Quamobrem, vt status noster sanctissimus ex culpa nostra suum splendorem apud seculares non perdat, & ineptior ad eorum salutem curandam non fiat: enitendum est vt votum Castitatis in conspectu omnium hominum diligentissime seruemus, & nos coram Deo, & hominibus castos & circumspectos exhibeamus.

Manifestum est autem apud omnes, quibus Castitatis votum impletur. Ex illo quippe tenentur religiosi, primo à matrimonio contrahendo abstinere, quod post emissã tria religiosa vota, pro vt in qualibet religione consuetum est, nullum omnino erit. Deinde omnem actum externum ac internum castitati aduersum, vt quodlibet opus venereum, turpem contactum, & impudicum aspectum, delectationem morosam, & turpem cogitationem vitare. Ac tandem quidquid in secularibus extra coniugium est quoquomodo peccatum contra Castitatem, reicere. Qui in aliquo horum peccat, non solum contra virtutem Castitatis, sed etiam contra votum peccat, & duplicis criminis, incontinentiæ & sacrilegij reus est. Qui vero ab his omnibus fideliter abstinuerit, votum implet, & secundum gradum Castitatis habet, licet carnem rebellem sentiat, & importunissimis ac grauissimis tentationibus vrgeatur. Huic enim gradui non est necessarium tentationes etiam acres & vehementes non sentire, sed tantum tentationibus non consentire. Vt enim ille cui à rege arx in custodiam data est, fidelis est regi, & dignus præmio, si eam ab hostibus tueatur, licet ipsi eam vehementer impugnent: ita fidelis est Christo, & magno præmio dignus, qui licet multis tentationibus oppugnetur, se ipsum illibatam ab omni impuro contentu custodit.

Ad hunc ergo secundum Castitatis gradum nos hortatus est Paulus illis verbis: Mortificate membra vestra, quæ sunt super terram: fornicationem, immundiciam, libidinem, concupiscentiam malam, & auaritiam. Hæc membra corporis peccati rectissime super terram esse dicuntur, inquit Cassianus: Non enim possunt hi, qui ministerio vtuntur eorum, veridicè profiteri: Nostra autem conuersatio in cælis est. Qui & statim quæ sunt ista membra peccati, siue ista crimina hoc Castitatis gradu vestra, pulcherrimè exponit in hunc modum: Primo itaque loco fornicationem credidit inferendam, quæ carnali commixtione perficitur. Secundum etiam membrum immundiciam nuncupauit, quæ nonnumquam absque villo mulieris tactu, vel dormientibus, vel vigilantibus per incuriam incircumspectæ mentis obrepit: & ideo notatur ac prohibetur in lege, quæ immundos quosque non solum sacrarum carniur. participatione priuauit, verum etiam ne contactu suo sancta polluerent, à castrorum iussit congregatione secerni dicens: Anima quæcunque comederit de carnibus sacrificij salutaris (quod est Domini) in qua est immundicia, peribit coram Domino, & quidquid tetigerit immundus, immundum erit. In Deuteronomio quoque: Si fuerit, inquit, inter vos homo, qui nocturno pollutus est somno, egredietur extra castra, & non reuertetur priusquam ad vesperam lauetur

aqua, & post solis occasum regredietur in castra. Deinde tertium peccati membrum libidinem ponit, quæ in recessibus animæ coalescens accidere cupiam etiam sine passione corporis potest. Libidinem enim ab eo quod libeat dictam esse non dubium est. Post hæc de maioribus peccatis ad minoram descendens, quartum intulit membrum: Concupiscentiam malam, quæ non solum ad prædictam impudicitiam passionem, verum etiam ad omnes noxias cupiditates generaliter potest referri, quæ corrupta tantummodo voluntatis est ægritudo, de qua Dominus in Euangelio: Qui viderit, inquit, mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Multo enim maius est etiam tunc mentis lubrica desiderium continere, cum ei illecebrosi aspectus offerret occasio. Quibus manifestissime comprobatur, ad perfectionem puritatis castimoniam continentæ corporalis solam non posse sufficere, nisi etiam mentis addatur integritas. Post quæ omnino uisissimum illius corporis membrum: Et auaritiam, inquit: proculdubio ostendens non solum ab appetitu rerum alienarum animum continentum, verum etiam propria magnanimiter contemnenda. Hæc ille.

Eundem gradum Castitatis postulat idem Beatus Apostolus illis verbis, quæ in epistola ad Ephesios continentur. Fornicatio, & omnis immundicia, aut auaritia, nec nominetur in vobis. Tam longè, inquam, esse debet à cordibus Christianorum, vt nec eius nomen, nec recordatio se in cœtibus eorum insinuet. Vtio enim magna horum criminum scditatem expectat. Hoc enim scitote intelligentes, quod omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, non habet hæreditatem in regno Christi, & Dei. Et rursus: Nolite errare: neque fornicarij, neque idolis seruietes, neque adulteri, neque molles, neque masculorum concubitores, regnum Dei possidebunt. Itaque ad hunc secundum gradum, atque ad impletionem voti, immo & ad custodiam præcepti de Castitate propositi, non sufficit actus externos impudicitia fugere, sed necesse est omnem internum mentis consensum vitare. Et ideo in lege non solum scriptum est, [non mœchaberis] sed etiam [non concupisces vxorem proximi tui:] vt perspicuum esset omnibus, non tantum externum opus, sed internam quoque concupiscentiam pariter esse damnatam. Quæ concupiscentia explicatius in lege gratiæ prohibita est, vt lex perfectior clarissimè perfectiora sanciret, & Filium Dei carne tectum ad corda nostra in sacramento demittens eius habitaculum accuratius præpararet. Hinc Gregorius putat innocentem Iobum scdus cum oculis suis pepigisse, vt ne cogitaret quidem de Virgine, quia facillimum est ex impudico aspectu in prauam cordis concupiscentiam labi. Sed præstatanti doctoris verba non omittete. Sciebat nimirum, inquit, luxuriam esse in corde refranandam, sciebat, per Sancti Spiritus donum, quod Redemptor noster veniens, legis præcepta transcenderet, & ab electis suis non solum luxuriam carnis sed etiam cordis aboleret, dicens: Scriptum est: Non adulterabis: ego autem dico vobis, quoniam omnis qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Per Moysem quippe, luxuria perpetrata; per authorem verò mundiciæ, luxuria cogitata damnatur. Hinc est enim quod discipulis, primus Ecclesiæ pastor dicit: Propter quod succincti lumbos mentis vestræ, sobrijs perfectè sperate in eam

Matt. 5. 28.

Ephes. 5. 3.

Ephes. 5. 5.

1. Cor. 6. 9.

Iob. 31. 1.

Greg. 21. mor. 27.

Mat. 5. 28.

1. Pet. 1. 13.

que

Coloss. 3. 5.

Philipp. 3. 20.

Cassian. col. 12. c. 2.

Leuit. 7. 20. 21. sac. 70.

Deuter. 23. 10.

1495
1496

quæ offertur vobis, gratiam.] Lumbos enim carnis
 succingere, est hanc etiam à cogitatione restringe-
 re. Hinc est quod Angelus, qui Ioannem alloquitur,
 zona aurea super mammillas cinctus esse perhibetur.
 Quia enim testamenti noui munditia etiam cordis
 luxuriam frænât, angelus, qui in eo apparuit,
 in pectore cinctus venit. Quem bene zona aurea
 stringit, quia quisquis supernæ patriæ ciuis est,
 non iam timore supplicij, sed amore charitatis
 immunditiam deserit. Malum verò luxuriæ aut
 cogitatione perpetratur, aut opere. Callidus
 namque aduersarius noster cum ab effectu operis
 expellitur, secreta polluere cogitationis molitur.
 Vnde & serpenti à Domino dicitur: Pectore, &
 ventre repes. Serpens videlicet ventre repit, quando
 hostis lubricus per humana membra libimè
 subdita vsque ad expletionem operis luxuriam
 exercet. Serpens autem repit pectore, quando eos,
 quos in opere luxuriæ non valet, polluit in cogitatione.
 Hactenus ille.] Constat igitur ex his, gradum
 hunc Castitatis omne carnis peccatum abicere, tam
 illud quod in externam aliquam actionem prodit,
 quam illud, cui mens interior sine villo teste consentit.
 Eumque, qui post editum votum se exterius
 interiusve polluerit, non solum immundum, ac in-
 continentem existere, sed etiam sacrilegum reputari,
 quippe qui se ipsum Deo consecratum carnis
 peccato contaminet, & iniuria graui sui corporis
 templum afficiat.

Quia se in pollutum ab omni carnis & mentis
 inquinamento seruauerit, illam legis maledictionem
 non timeat, qua sterilis & filios non derelinquens
 percutitur. Nam filios habet non carnis, sed spiritus,
 quos minimè in perpetuum amittet. Immo in illum
 cadit larga Domini benedictio: Beatus, qui habet
 semen in Sion, & propinquos in Hierusalem: quia
 ad cœlestem patriam victorias suorum præliorum
 mittit, quæ illum hinc emigrantem excipiant.
 Cum vitam religiosam amplectitur, cursus ei in
 cœlum indicitur: non poterit autem hanc viam
 celeriter currere, nisi ab omni se carnis petulantia
 contineat. Elias Castitatis amator currebat pedes
 ante Achab curru vectum, & ei vires ad præcurrendum
 Castitas ministrabat. Sic & nobis hæc mundicia
 cordis, & corporis, vires ad currendum in Iezrahel,
 id est, in Dei participationem, attribuet. Quin &
 ille quasi in præmium puritatis curru igneo ad
 ætheream regionem subuehitur. Et ut inquit Ambrosius:
 Angelis ducentibus raptus ad cœlum est, & quadriga
 ignea impositus, quasi in quodam triumpho victor
 ascendit. Victor enim extiterat non gentium barbararum,
 sed secularium voluptatum. Et sic victor carnis suæ
 Angelorum manibus ad æternas sedes subleuabitur.
 Hic est ille, quem admiratur sanctus David, dicens:
 Quis est homo, qui viuet, & non videbit mortem:
 eruet animam suam de manu inferi.] Felix scilicet
 homo ille est, qui in periculo bello tentationum
 impudiciæ politus, semper viuunt, & nunquam gratiam,
 vitam animæ, nec per opus, nec per cōsensum perdit.
 Qui nunquã videt mortem iniquationis carnis suæ
 (sic enim libuit Climaco hunc locum interpretari),
 & quamuis aliquando concupiscentiæ ignibus torreatur:
 non tamen in eo bona voluntas perseverandi,
 nec diuina gratia destruitur. Is eruet animam suam
 de manu inferi: non solum quia præceptum
 Castitatis cum reliquis obseruans, mortem æternam
 euadet, sed etiam quia in vita præsentis molestias
 infimæ partis suæ, scilicet carnis, effugiet.
 Hanc etiam ille gloriam habebit, quod inter
 importunas suasiones carnis, & passionum suarum,

A quibus ad deflectionem incitabatur quotidie, nouit
 voluntatem Dei, voluptatibus anteponere, & inter
 occasiones multiplices immunditiæ se mundum &
 incontaminatum custodire. Nam si gloriosum est
 regi obsequentem esse in pace, multo tamen gloriosius
 est, inter occasiones, & suasiones rebellandi contra
 eum, nunquam in animum tale flagitium inducere.
 Ita pretiosum est in natura quadam quieti, &
 ad malum non nimis procliu, Castitatis fidelitatem
 seruare Deo, sed quodammodo multo pretiosius,
 inter multiplices & graues tentationes, ab eo quod
 quis cœpit, non dimoueri.

B At quia hoc loco cum illis agimus, qui continentia
 gradum non excesserunt, & cum magna quadam
 violentia, quam inferunt cogitationibus & desiderijs
 suis, gemmam Castitatis promissè custodiunt, non
 cunctabor, ante remedia Castitatis generalia, inferijs
 proponenda, vnum, aut alterum verbum ad illos loqui,
 quibus ad suum votum fideliter seruandum
 adiuentur. Sciant ergo præsentissimum illis
 remedium esse, si principiis obstitent, & non tantum
 initia occasionum constanter præcidant, verum, &
 exordiis malarum cogitationum se se insinuanti-
 um vehementer obstitant. Verissima enim est illa
 Ambrosij sententia, quod vt in stipulam ignis exiliens
 inheret, ac permanet, donec omne quod corripuit,
 absumat: ita vel exigua scintilla peccati, si quo
 vitiorum fomite fuerit excitata, incendium grande
 excitat. Et sicut hi, qui se in luto versant, quo
 magis volutantur, eo magis inquinantur; ita qui
 semel se luto improbitatis aspersit, nisi ab eo
 velociter exiliat, grauius sibi dedecoris sui cœnum
 per singulos dies lutulentæ conuersationis obducit.
 Neceffe est ergo hæc prima quasi semina impu-
 ritatis euellere, quæ si per incutiam animæ radices
 fixerint, non sine magna difficultate poterunt
 eradicari.

C Item necesse est corpus duriter tractare, & discreta
 disciplina asperitatis affligere. Nam & ipsum corpus
 ab anima interrogatum, quomodo possit superari,
 malarum cogitationum cita repulsiōe, & sui
 diligenti castigatione, & obedientia, atque humilitate,
 respondit. Pulchre sanè hanc rem persequitur
 Ioannes Climacus, secum ipse loquens, & suum
 corpus interrogans, cuiusque qualitates inquirens.

D Qui inter alia sic ait. Quoniam autem more, & modo
 meum hunc amicum vinciens in morem ceterorum
 diiudicem, nescio. Prius enim quàm illum vinciam
 soluitur, & antequam diiudicem, cum illo in
 gratiam redeo, & antequam puniã, flector. Quomodo
 illum vinciam: quæ vt amem à natura suscepi? Quomodo
 ab eo liberabor, cui in sæculum colligatus sum?
 Quomodo mecum etiam surgentem destruum? Quomodo
 incorruptibilem ostendam, qui naturam accepit
 corruptibilem? Quid illi rationabile dicam,
 qui per naturam mille rationibus ac persuasiōibus
 mentitur? Si enim ipsum ieiunio vinciam, rursus
 illi proximum iudicans, trador, & iudicare desistens
 hunc superem, elatus corde in eundem præcipitor.
 Estque cooperato, & hostis adiutor, atque aduersarius,
 auxiliator simul & insidiator. Si foueatur,
 oppugnat: si affligatur, debilior fit, laesum
 sustinet. Si illum contristem, periclitor, si foueam,
 per quem virtutes acquiram, non habeo. Quid sit
 circa me sacramenti: quanam sit mea concretionis
 ratio, quomodo mihi, & amicus sum, & inimicus,
 quis videat? quis intelligat? Dic tu, dic mihi,
 ô coniux mea: ô natura mea: nec enim de te ab alio
 quàm abs te discere cutabo,

Ambrosij
1/ab. 7.

Climac.
grad. 15.
ad finem.

Gen. 3. 14

3. Reg. 18
46.

Ambrosij
87.

Psal. 88.
49.

Climac.
grad. 15.

quomodo ex te vulneratus maneam, quomodo possum naturale periculum effugere, quando iam bellum aduersum te gerere Christo pollicitus sum, quomodo tuam tyrannidem superem, ex quo vim tibi inferre delegi? Illa verò aduersus seipsum (vt ita dixerim) respondens ita dicere videbitur: Non tibi id loquar, quod ipse non nosti: sed quod simul ambæ cognouimus. Ego in me ipsa dilectione gloriatur matre. Exterioris quidem incendij genitrix, & causa imprimis est cura nimia: atque immodica requies. Porro interioris flammæ, motusque cogitationum ex præcedente requie, actibusque præteritis occasio gignitur. Ego cum iniqua concepero, patio scelera, quæ simul vt nata fuerint, per desperationem generant mortem. Si meam tuamque profundam infirmitatem noris, penitus meas vinxisti manus. Si gula concupiscentiâ frigeris: meos obligasti pedes ne gradi in anteriora possint. Si obedientiæ collum submittas, à me disunctus es. Si possideas humilitatem, amputasti caput meum. Hactenus Climacus.

Tandem Castitatis amator, qui adhuc grauibus incentiuis carnis se sentit inquietari, coronam sibi ob victoriam huius belli paratam ante oculos suos frequenter proponat, vt eius consideratione, & desiderio tantæ impugnationis, victor exsistat. Meminerit illius similitudinis Pauli verbis insertæ:

1. Cor. 9.
25.

Cass. lib.
6. c. 7.

Omnis, qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet: & illi quidem vt corruptibilem coronam accipiant, nos autem incorruptam.] Quem locum Cassianus luculentissimè ad custodiam Castitatis exposuit. illius verba sunt: Illi etenim, qui in agone visibili student legitime decertare, vtendi omnibus escis, quas desiderii libido suggesserit, non habent facultatem, sed illis tantum, quas eorundem certaminum statuit disciplina. Et non solum interdictis escis, & ebrietate, omnique crapula eos necesse est abstinere: verum etiam cuncta inertia, otio, atque desidia, vt quotidianis exercitiis iugique meditatione virtus eorum possit accrescere. Et ita omni sollicitudine ac tristitia, negotiisque secularibus, affectu etiam & opere coniugali efficiuntur alieni, vt præter exercitium disciplinæ, nihil aliud nouerint, nec vlli mundiali curæ penitus implicentur: ab eo tantum, qui certamini præsidet, sperantes quotidiani victus substantiam, & coronæ gloriam, condignaque præmia victoriæ laude conquirere. Atque in tantum se mundos ab omni coitus pollutione custodiunt, vt cum se præparant ad agonum certamina, ne qua forsitan per somnum nocturna delusi fallacia, vires minuunt multo tempore conquistatas, lapillis plumbeis renem contegant loca, quo scilicet metalli vigore genitalibus membris applicato, obscænos humores valeat inhibere: intelligentes se proculdubio esse vincendos, nec iam posse propositum certamen adeptis viribus adimplere, si prouisam pudicitia soliditatem fallax noxiæ voluptatis imago corruperit.] Si ergo tanta & tam difficilia faciebant illi, vt coronam corruptioni obnoxiam acciperent; quid æquum est nos facere, & quanta instantia animi & corporis Castitatem custodire, qui non coronam corruptibilem in terra, sed incorruptibilem in celo speramus? Domemus ergo carnem nostram, cohibeamus sensus, & insultus dæmonis animosè propellamus, quia æternum præmium, non dormientes, & hostis sermones auscultantes, sed vim nobis inferentes, in cælesti patria diripiemus.

Tertius gradus Castitatis: acribus carnis tentationibus non pulsari.

CAPVT VII.



N HIL ita hostium vires frangit, quàm hominis in resistendo constantia: qui si non tantum alacriter perseueranterque restiterit, verum & arma de manu aduersariorum eripuerit, illos à suis finibus potenter auerter. Sic David tulit arma aurea, quæ habebant ferui Adarezer, & tulit ea in Ierusalem, & statim percussit omne robur eius.] Ita & nos cum arma hostium, quibus aduersum nos pugnant, auferimus, & exanimis eos reddimus, ac vires ipsorum subneruamus. Qui ergo per gratiam Domini constantem suæ carnis illecebris obstitit, & assiduis corporis afflictationibus quasi arma ab hostibus abstulit (nam arma luxuria, est corpus nostrum malè domitum) & ea in vita religiosa Domino consecrauit, tertium iam Castitatis gradum obtinet, & ad maiorem mentis & corporis mundiciam peruenit. Hic autem est cum quis non ob timorem pœnæ, aut ignominia, sed ob amorem mundiciæ, cuius deliciis assuevit, Castitatem amplectitur, & non iam assiduis & acres tentationes, à vitio infesto prodeutes, aut à corpore malè domito emanantes, sed raras, remissas, & quasi à longè incitantes patitur. Hunc gradum ex parte tetigit Augustinus, adhuc ante plenam conuersionem suam, qui de fordibus, & dedecoribus à pristina consuetudine obiectis, ita ait: Et audiebam eas iam longè minis quàm dimidiis, non tamquam libere contradicentes eundo in obuiâ, sed veluti à dorso multitantes, & discedentem quasi furtim vellicantes, vt respicerem: et tardabant tamen me cunctatè abripere, atque excutere ab eis, & transilire, quò vocabar, cum diceret mihi consuetudo violenta: Putas ne sine istis poteris? Sed iam tepidissimè hoc dicebat. Hæc ille.] Facit hoc in homine gratia Dei auferens arma peccato, in quibus confidebat, scilicet corpus, ac sensus nostros, & ea abstinentiæ & mortificationi feruire faciens. Cuius gratia regius Plaltes homines ad admirationem, & Domini laudationem, inuitat dicens: Venite, & videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terram: auferens bella vsque ad finem terræ. Arcum conteret, & confringet arma, & scuta comburet igni.] Hæc inquam Dei nostri opera digna sunt maxima admiratione, & nomen prodigiorum merentur, quòd bella carnis à nostris cordibus abstulit, & quàm longissimè à nobis ablegauit. Sed quomodo ablegauit? Contriuit arcum, quia corpus nostrum, quod instat arcus ad oppugnandam Castitatem tēdebat, multiplici afflictatione extenuauit: Fregit arma, quia membra nostra, quæ exhibebamus [arma iniquitatis peccato] mortificatione cōminuit. Et scuta combussit, quoniam omnia illa, quibus impudicitia se protegebat, igne sancti feruoris absumpsit.

In hoc gradu anima licet pro tentationibus aliquantulum consopitis gratias agat, & in se magnam mutationem à Domino factam non ignoret; tamen ex alia parte desiderio omnimodæ puritatis accensa, pro eius obtentione luget, & gemit. Miser inquit, factus sum, & curuatus sum vsque in finem: tota die contristatus ingrediebar.] Dum scilicet impuras cogitationes, & obscænos motus carnis adhuc experior, me ipsum adhuc infelicem iudico, & præ confusione curuatus & tristis ingredior. Causa autē meæ tristitiæ est, [quoniam] lumbi mei impleti sunt illusionibus, & nō est fanitas] mundiciæ [in carne mea.]

2. Reg. 8.
7.

August. 8.
conf. c. 11.

Psal. 45.
9. 10.

Rom. 6.
13.

Psal. 37. 7.

Cum

Cum aduersus voluntatem meam hæc immunda in corpore & in cogitatione patior, [afflictus sum, & humilitas sum nimis: rugiebã à gemitu cordis mei. Dixi, Domine, ante te omne desiderium meum,] quo perfectam puritatẽ exopto, [& gemitus meus,] quo eam quotidie postulo, [à te non est absconditus.] Audit Dominus hos gemitus serui sui, sed ad bonum eius non exaudit, vt cum hæc patientem à superbia auocet, & ad humilitatem ac sui despicientiam inuitet. Impleturque illud Psalmographi:

Psa. 26. 7

Vox Domini intercedentis flammam ignis.] Flammam enim ignis libidinis intercedit, cum partim ad aliquantulam pacem minuit, & partim ad humilitatem perseuerare permittit. Quem locum de igne luxuriæ Richardus Victorinus exponens, manifestè id docet, sic scribens: Flammam tamen huius ignis Dominus, cum voluerit, intercedit, cum placuerit, penitus extinguit. Quod autem quandoque intercedat vt in parte ardeat & in parte deficiat, hoc scriptura manifestè ostendit, cum dixit: Vox Domini intercedit flammam ignis.] Quod autem aliquando huius ignis flammam extinguat, alia scriptura euidenter declarat, vbi legitur: Angelus autem Domini descendit in fornacem, & excussit flammam ignis: & fecit medium fornacis quasi ventum roris flantem.] Videtne quomodo ibi dicitur excussisse: hæc permittitur intercedere? Sed cur hæc, quemadmodum & ibi non extinguitur? Fortè, quia pueri erant, quibus rogius ille parabatur: sed fortè pueri non erant, quibus Dauid loquebatur, nondum plenè conuersi erant, & affecti vt paruuli: sed erant adhuc in oculis suis magni, & erubescabant adhuc humiles videri. Sed vt illud, quod in illis, præ elatione tumet, exciccetur, flamma ignis, in parte aliqua referuatur: & iterum ne flamma incendij vsque ad consensum prauitatis eos rapiat, & quodammodo quasi in cinerem redigat, flamma ipsa ex maiori parte absconditur, & extinguitur. In parte ergo ardet vtiliter hæc flamma ad custodiam humilitatis: & in parte magna nihilominus salubriter extinguitur ad cautelam turpitudinis. Hæc ille.]

Sciendum tamen est, tentationes impudicas, quas hic gradus secum comparatur, à vitio luxuriæ nondum plenè victo, aut à corpore necdum per abstinentiam domito, emanare. A vitio quidem, quod Castitas infusa non abstulit: & acquirit, quia adhuc imperfecta est, omnino superare non potuit. A corpore verò, quod quando non edomatur, & in suo robore impinguat relinquitur, ad impuras voluptates inhiat. Vnde Climacus ait: Nonnulla quidem vitia ex intimis progrediuntur ad corpus, quedam verò contra per corporis sensus ad animam penetrant. Atque hoc vltimum sæcularibus maxime, primum verò illud eis, qui solitariam vitam delegerunt, quod eis materia non adsint, contingere videas. Hæc ille.] Et homo in hoc statu ex sententia Bernardi, necdum nomen casti meretur, sed titulo continentis debet esse contentus. Eius verba sunt: Nota, aliud esse continentem, aliud castum. Luxuriosus & castus, sibi repugnant. Luxuriosus est, motus sentire, & motibus consentire. Casti est, nec motus sentire, nec motibus consentire. Contingens est in medio vtrobiusque sumens, participium: cum altero commune habens motus sentire; cum altero, motibus non consentire. Ille existens in medio domus, deorsum luxurioso sursum verò collatus pudico etiam non in mundicia carnis perambulat, tamen in innocentia cordis decantat misericordiam, & iudicium. Iudicium, quod motus sentiat; misericordiam, quod motibus non consentiat. Ille nolens dimittere

A Angelum magni consilij incipiente aurota noua lucis, sed petens obnixè benedictionem perseuerantia; etiam non omnino priuari, claudicare tamen metetur altero pede. Qui sunt duo pedes? Motus sentire, & motibus consentire. Illud est naturale, istud est criminale. Licet ergo nondum ignorare possit prauos motus desideriorum, sed adhuc in ipso vigeat pes iste, per gratiam tamen superna benedictionis ita eneruatur pes consensus, quatenus etiam ipse trahat, ipsi tamen inniti non possit. Non est omnino sine eo, quia cum repentina cogitatione concurrat multoties quedam delectatio, quæ tamen cum sentitur, gemitum magis quam consensum extorquet.] Hucusque Bernardus.] Vel certè aliter dici potest, hunc ex ea parte, qua amore Castitatis eius se legibus accommodat, castum esse: ex ea verò, qua malis cogitationibus impugnatur, esse continentem. Nam virtus eius in prociutu belli posita, & frequenter ad bellum prouocata, necdum pace, & delectatione, quæ propria solet virtus esse, perfruitur.

Hæc autem remissior impugnatio carnis, quæ in hoc tertio gradu Castitatis sentitur, ex eisdem causis nascitur, ex quibus illa vehementior solet exoriri. Eam enim efficit fæminæ minus cautus aspectus, aut vocis eius auditio, aut progressionis eius consideratio. Ac proinde ab his omnibus cauere debet, quantum fieri possit, qui vult ab impugnationis molestia liberari. Oritur etiam ex cogitatione alicuius rei minus honestæ, etiam cum ratione studij bona intentione suscipitur. Quare

C ab his considerationibus etiam necessariis eripiat se ipsum, aut citò eas transeat, qui pacem sui, animi & corporis cupit. Ac tandem (vt diximus) emanat ex vitio nondum superato, aut ex fomite, nondum per gratiæ abundantiam compresso, aut ex ipso corpore lasciuente, & superfluitatis humorum causa, ad opus, quo exoneraretur, propenso. Ideoque sine vlla præuia cogitatione, sine vlla noua occasione, & in solitudine positi à propria carne experantur ad certamina Castitatis. Qua ratione Cyprianus exhortatur clericos ad fugienda consortia mulierum, vt scilicet, quia proprio corpore impugnantur, castitas non aduocent, quibus impugnatio duplicetur. Certè etiam soli cuiusque, aut, quotidiani trinitumphi pro Castitate non desunt, quia nunquam desiderij carnalibus spiritum cessat infestare corpus humanum, quod Apostolus affirmat dicens: Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem: hæc enim inuicem aduersantur sibi, vt non quæcumque vultis, illa faciatis.] Habes nunc carnem tuam, quam superes semper: Quid tibi vis alteram velle conducere? Nemo super vnam febrem cupit adhibere priorem, ne incipiat hemitritæo insanabili laborare, cui nullus valeat medicus subuenire. Nec aliquis super onus proprium tollit insuper alienum, ne oneribus duobus oppressus vsque ad inferos demergatur.] Cum autem sine noua occasione impugnationes istæ abspsa natura proueniunt, quid homini faciendam est, nisi cum Ezechia clamare, & dicere: Domine vim patior, responde pro me.] Et quidem Dominus vocatus non deerit, sed post tempestatem tranquillum faciet, carnis voces, & querimonias compescet, & optatam tranquillitatem efficiet.

D Triumphi pro Castitate non desunt, quia nunquam desiderij carnalibus spiritum cessat infestare corpus humanum, quod Apostolus affirmat dicens: Caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem: hæc enim inuicem aduersantur sibi, vt non quæcumque vultis, illa faciatis.] Habes nunc carnem tuam, quam superes semper: Quid tibi vis alteram velle conducere? Nemo super vnam febrem cupit adhibere priorem, ne incipiat hemitritæo insanabili laborare, cui nullus valeat medicus subuenire. Nec aliquis super onus proprium tollit insuper alienum, ne oneribus duobus oppressus vsque ad inferos demergatur.] Cum autem sine noua occasione impugnationes istæ abspsa natura proueniunt, quid homini faciendam est, nisi cum Ezechia clamare, & dicere: Domine vim patior, responde pro me.] Et quidem Dominus vocatus non deerit, sed post tempestatem tranquillum faciet, carnis voces, & querimonias compescet, & optatam tranquillitatem efficiet.

E Tria itaque hoc tertio Castitatis gradu continentur. Primum quod homo eo donatus, vehementiores impugnationes à carne sua prodeuntes non sentit. Secundum, quod sensus suos præsertim visum, auditum, & tactum, ne quoquomodo ladedatur, comprimit. Tertium, quod omnem occasionem

Cypri. de singu-
laris. Cle-
ri. Galat. 5.
17.

Isa. 38. 14

Psal. 67.
39. 30.

2. Reg. 8.
14.

Gen. 39.
12.

Bern. in
formula
benefic
vita.

inficiendi seipsum diligenter auerit. Eo ipso quod tentationes remissiores sunt, in spem adipiscendæ perfectæ Castitatis erigitur, & ab eo, qui cepit inimicos auertere, sperat quod aliquando tandem omnimoda victoria donabitur. Quotidie clamat ad Dominum: Manda Deus virtuti tuæ: Confirma hoc Deus, quod operatus es in nobis: A templo tuo in Ierusalem, tibi offerent reges munera.] Fac scilicet Domine, vt potentia tua mihi adfit, vt victoriam carnis meæ, quam dare mihi cepisti, confirmet atque perficiat. Ita fiet vt propter mundiciam, quam animæ meæ, & corpori meo, ac templo tuo tribuis, omnes iusti, qui hanc mutationem in me factam agnouerint, tibi munera laudationis exoluant. Vt verò sensus suos comprimat, imitatur sanctum Dauidem, qui posuit in Idumæa custodes, statuitque præsidium, & facta est vniuersa Idumæa seruens David.] Idumæa enim, quæ terrenam, aut consanguineam significat, typus est carnis nostræ, quæ è luto fuit composita, & ad sanguinem, nimis ad peccatum, inclinata. Huius ergo portis, id est, sensibus, custodia adhibenda est, & præsidium circumspectionis iuxta eam collocandum, ne ingrediatur rerum similitudines, quæ pacem optatam, & ex parte obtentam, inturbent: vt denique occasiones fugiat, in seipso castissimi Patriarchæ Ioseph opus præfert, [qui relicto in manu impuræ mulieris pallio fugit, & egressus est foras.] Ita namque omnia illa relinquit, atque præcidit, quibus potest ad malum trahi, & ad imminutionem puritatis suæ sollicitari. His autem omnibus præsiidiis necdum est omnino pacatus, sed interius tentationibus quatitur, & exterius impuris carnis motibus sollicitatur, & in somnis, phantasmatibus obscænis illiditur. Eam verò hinc consolationem accipit, quod cum ista nolens perferat, non ad damnationem sed ad meritum valere existimat. Vnde Bernardus: Multa, & dura corporis bella sustinet adolescentia, & calore sanguinis inflammata, vt euadere possit, omni indiget custodia. Quanto plura sunt, quæ impugnant pudicitiam, tanto maiora sunt præmia: Quia vbi maior labor, ibi merces erit amplior.] Bellorum ergo sustinentia, & impugnationum repulsione præmia meretur, donec maiori pace potitus, ex perfectæ suæ carnis victoria in sequentibus gradibus cumulatiorem mercedem promereatur.

*Quartus gradus Castitatis: in vigilia
tentationibus impudicitie
carere.*

CAPVT VIII.

ROS T sæuam maris tempestatem solent fluctus paulatim mitescere, & post hanc quietiorem eorum turbellam, solet perfecta tranquillitas aduentare. Ita in animabus iustis, quæ se feruidè, & è toto corde conuertunt ad Deum, post vehementissimas carnis tentationes, aliæ minores, & remissiores insurgunt: isti verò abeuntibus, eas sequitur quasi pax quædam carnis, & spiritus, & læta quædam ac iucunda tranquillitas. Dixi, animas feruidè & ex corde conuersas ad Deum hæc in se mutationem experiri, quoniam quæ tepidè incipiunt, & tepidè progrediuntur, semper tentationibus agitantur, donec feruorem solitudinè que in diuino obsequio concipiunt. Præcepit Eli-

seus Ios regi Israël, vt iaculo percuteret terram, qui cum eam tribus tantum vicibus percussisset, iratus est vir Dei, cumque reprehendit, dicens: Si percussisses quinques, aut sexies, siue septies, percussisses Syriam vsque ad consumptionem: nunc autem tribus vicibus percuties eam.] Sic multi, quia seiplos non ad sufficientiam abnegant, nec corpora sua robusta necessaria afflictione castigant, ideo nunquam impudicitie vitium vsque ad consumptionem elidunt. Percutiunt illud tribus vicibus, nempe dum castitatem vouent, dum, vt votum impleant, se à criminibus abstinent, dum vehementiores tentationes superant: at quia ante tempus à feruida mortificatione, & corporis castigatione cessarunt, nunquam concupitæ pacis compotes fiunt. Hæc etiam pax ex feruore, & diligentissimâ ad Deum conuersione procedit, quoniam si aliqui naturâ sunt frigidi, aut ad speciei propaginem minus apti, ac propterea tentationes non sentiunt; non ob id se perfectam obtinuisse castitatem existimant. Aliud enim est, quod natura confert; aliud, quod gratia Dei, & adepta virtus attribuit, nec debemus ex naturalibus, sed ex liberis, sed ex his, quæ ab electione proueniunt, aut virtutis substantiam, aut gradus æstimare. Indicius autem dono Dei datæ castitatis est, si quis in naturâ de se ad vitium procliu, & post expertas ante conuersionem impugnationes carnis, amorem in se castitatis videat, & huiusmodi impugnationes ex parte vim suam remississe, aut omnino desisse cognoscat. Quis enim potuit naturam à tam vehemente passione comprimere, & hostes hominem insequentes fugare, nisi ille, qui suâ gratiâ, & immisâ virtute imbecillitatem nostram fulcit, atque sustentat? De quo cecinit post victoriam de Holoferne sancta Iudith: Dominus conterens bella, Dominus nomen est illi.] Ille profectò tanquam Dominus corpus nostrum, mancipium suum, à carnalibus desiderijs auocat, & ad pacem cum spiritu habendam inclinat. Ipse vt dux potentissimus hostes puritatis conterit, & insultus carnis nos perturbantes auerit.

In hac ergo pace ac tranquillitate quartus castitatis gradus constitutus est, cum quis scilicet eò vsque corpus edomuit, & mentem ad cælestia extulit, vel in rebus vtilibus iugiter occupauit, vt vigilans, nullas cogitationes impudicas, nullos sensualitatis motus, & breuiter, nihil in seipso, quod impudicitiam sapiat, aduertat. Quem gradum post alios delinasse mihi videtur sanctus Dauid, cum ita de nauigantibus, & sub typo eorum de tentatis loquitur. Dixit, & stetit spiritus procellæ, & exaltati sunt fluctus eius.] Permisit, inquam, ille iustos suos tentari, & ad probationem eorum, quasi faciem suæ benignitatis abscondit. Statim autem astitit, atque surrexit spiritus carnalis concupiscentiæ aduersus eos, & excitata est difficilis ac sæua tempestas. Ascendunt vsque ad cælos, & descendunt vsque ad abyssos: anima eorū in malis tabescebat. Ecce insultus acres, ecce impugnationes vehementes, quæ cælos, id est, supremam nostri partem, nimirum mentem, adoriuntur, & ad consensum rei illicitæ trahere conantur: & ad abyssum, id est, ad infima carnis, descendunt, & eam quasi concupiscentiæ ignibus inflammant. Qui hæc patiuntur, turbati sunt, & moriuntur sicut ebrius, & omnis sapientia eorum deuorata est. Ita enim consilium præ impugnationis vehementia fugit ab eis, vt vix fiant, quid faciant, aut quò se vertant, ne salutem animæ in discrimen adducant

4. Reg. 13.
18. 19.

Iudith.
16. 3.

Psal. 106.
25.

adducant. At Deus adiutor in tribulationibus, & erga suos misericors instillat eorum cordibus, quia prælatissimum tali mali remedium feruens oratio est. [Clamauerunt igitur ad Dominum cum tribularentur, & de necessitatibus eorum eduxit eos.] Sed quomodo eduxit? Ita quidem aliquando, ut ne vestigium quidem præteritæ impugnationis remaneret. Denique statuit procellam eius (scilicet maris carnis nostræ, & concupiscentiarum nostrarum) in auram, & siluerunt fluctus eius. Imber abiit, tentatio non iam ad momentum, sed quasi in perpetuum recessit, mensque eorum libera ad vacandum Deo, & expedita permanfit. Et lætati sunt quia siluerunt, & deduxit eos in portum voluntatis eorum. Quis nam est portus, in quem post tentationes carnis fortiter superatas tendimus? Nonne tranquillitas animæ est, & nullam impugnationem sustineat, & quies corporis, ut nullum prauum motum sentiat? Sed hunc portum multi iustorum tenent post grauissimas tentationes carnis, ut Dei tabernaculum, non solum mundum, sed & pacatum existant. Miranturque illi, qui animarum ipsorum curam gerunt, ut mirabantur satrapæ regis Babylonis, quod ita sint mundi & quieti, ac si odor ignis concupiscentiæ nunquam transisset per eos.

Anima ad hunc gradum castitatis prouecta, iam incipit experiri, quia caro (quod ad impuras delectationes attinet) non concupiscit aduersus spiritum, nec spiritus aduersus carnem, sed ista duo ad sequelam puritatis magnâ pace fœderantur. Illamque percipit incunditatem, de qua in psalmo dicitur: O quam bonum, & quam incundum habitare fratres in vnum. Nam corpus, & spiritus fratres, qui antea sicut Elau, & Iacob quasi in vtero luctabantur, pacem inter se ineunt, & ille maior ætate (quia ante creationem animæ corpus formatum) minori seruit, & se sanctis huius desiderijs accommodat. Hic Spiritus est locus Dei, in quo ille libentissimè requiescit. Notus enim in Iudæa Deus, & in Israël magnum nomen eius. Nam cum Iudæa confessio interpretetur, animæ, quæ confessioni incumbit, Deus incipit innotescere. In Israël autem, qui videns Deum, significat, magnum est nomen eius, quoniam videnti Deum contemplationis oculis, magnus & excelsus apparet. At factus est in pace locus eius, & habitatio eius in Sion. Non enim in conflictu certaminis, ut ait Cassianus, neque in colluctatione vitiorum locus Deo factus est, sed in castimoniam pacis & in cordis tranquillitate perpetuâ. Huncque pacis locum extinctione carnalium passionum si quis meruerit obtinere, ex hoc quoque proficiens gradu, ac Sion spiritualis, id est, specula Dei, consequenter effectus, erit etiam habitatio eius. Habitatio, inquam, pacifica, & quæ Ierusalem illam cœlestem locum indurpta pacis representet. Licet enim Deus corda omnium iustorum inhabitet, tamen in illis præcipuâ ratione commoratur, quibus ex perfectâ mortificatione vitiorum, ac præcipuè huius vitij carnalis, aduenit perfecta tranquillitas. Et hoc indicant verba sequentia: Ibi confregit potentias arcum, scutum, gladium, & bellum. Abstulit, inquam, bellum, & arma bellica, quibus impugnabatur anima, confregit atque comminuit, ut pacata Dei domus & habitatio fieret. Ac tandem animæ hunc gradum castitatis obtinenti competit illa benedictio, quæ in Isaiâ scripta est: Cum transieris per aquas, tecum ero, & flumina non operient te: cum ambulaueris in igne, non comburèris, & flamma non ardebit in te. Impugnatio enim carnalis mari comparata est, quod

bona Spiritus obruit, si consecratur ei; & ignis, qui eadem bona consumit. Sed ab huiusmodi impugnatione iam libera lætatur, & merito, se gorgoneis maris sine discrimine transisse, & in refrigerium tranquillæ castitatis appulsam ignium vortices superasse. Habet tamen hic gradus imperfectiones aliquas adhuc. Nam & ab incitiis quibusdam tentationum, & à leuissimis carnis motibus non est liber, licet ista raro proueniant, & illusionibus nocturnis non caret. In hoc autem gradu, & in duobus sequentibus, quibus omnis complectur perfectio castitatis, locus est tentationibus carnis, etiam vehementissimis à dæmone prouenientibus, quod semel dicendum est, ne dum gesta sanctorum legimus, de suâ perfectissimâ castitate dubitemus. Sanctissimos enim & castissimos viros, ac virgines purissimas aliquando vehementissimas carnis tentationes sustinuisse certum est. Beata virgo Catharina Senensis has diaboli impugnationes fuit experita, in cuius vitâ per Raymundum Capuanum Theologum præstantissimum, & ordinis Prædicatorum magistrum generalem scriptâ, & à Laurentio Surio viro sempiternâ memoriâ digno ordinis Carthusiensis in compendium redactâ, hæc habentur. Vbi satis Christus eam communiuerat, permisit dæmonibus attentare, si quid possent obtinere ab illa. Nec illi defides sunt ad nocendum. Et primo quidem à rebus Venereis illi suggerendis capiunt initium. Immittunt turpes cogitationes castissimò pectori, adhibent illusiones, & phantasmata dormienti, immo etiam corpora ex aère sumpta oculis & auribus vigilantis ingerunt, faciuntque multa, quæ sine horrore dici non queant. Et cætera. Seraphicus Pater Minorum Franciscus post miram sanctitatem adeptam, & post fundatam ordinem eandem tentationem aliquando sustinuit. De quo ista Bonauentura. Ad insufflationem illius, cuius halitus prunas ardere facit, grauis ipsum carnis tentatio apprehendit. Quam ut persentit Castitatis amator, depositâ veste, chordâ cepit se verberare fortissimè: Eia, inquit, frater asine, sic te decet manere, sic fubite flagellum. Tunica religioni deseruit, sanctitatis signaculum præfert, furati eam libidinoso non licet. Et statim narrat quomodo impugnatione durante, sanctissimus Pater se in niuem demerserit, & septem massis ex niue factis, vxorem, filios, ac filias, seruum, & ancillam ad tentatoris irruptionem, & carnis victoriam appellauerit.

Illustissimus quoque Patriarcha Benedictus eisdem tentationi diaboli fuit, Deo ad eius probationem, & fidelitatis ostensionem, ordinante, subiectus. Rei gesta seriem sic narrat Gregorius. Quidam vrgo die dum solus esset, tentator affuit. Nam nigra, paruaque auis, quæ vulgò merula nominatur, circa eius faciem volitare cepit, eiusque vultui importunè insistere, ita ut manu capi posset, si hanc vir sanctus tenere voluisset. Sed ligno crucis edito recessit. Tanta autem carnis tentatio, cum eadem recedente, secuta est, quantam vir sanctus nunquam fuerat expertus. Quandam namque aliquando feminam viderat, quam malignus spiritus ante eius mentis oculos reduxit; tantoque igne ferui Dei animum in specie illius accendit, ut dum in eius pectore amoris flamma vim caperet, etiam pœnè deserere eternum voluptate victus deliberaret. Tunc subito supernâ gratia respectus, ad semetipsum reuertus est, atque viticarum & veprium iuxta densa succrescere fruteta conspiciens, exutus indumento nudum se in illis spinatum aculeis, & viticarum incendiis proiecit, ibique diu volutatus toto ex eis corpore vulneratus

exiit,

Ps. 106. 13.

Daniel. 3. 94.

Ps. 132. 1.

Genes.

Ps. 75. 1.

Cassian. col. 12. c. 11.

Ps. 75. 4.

Isai. 43. 2.

A

B

C

D

E

Anno 7. 4.

1506

1507

1508

1509

Susane in April.

Bona in vita eius c. 5.

Greg. 2. dial. c. 11.

exiit, & per cutis vulnera eduxit à corpore vulnus mentis, quia voluptatem traxit in dolorem. Cùmque bene pœnaliter foris arderet, extinxit, quod in-
 tus illicitè ardebat. Hæc ille.]

Paulus deinde purissimum vas electionis factum ad portandum nomen Domini coram gentibus, & regibus, & filiis Israël, eidem impugnationi subiacuit. Datus est, inquit, mihi stimulus carnis meæ Angelus Satanæ, qui me colaphizet.] Hunc stimulum carnis veneream tentationem fuisse multi ex Patribus affirmarunt. Quorum vnus Gregorius: Certe iam Paulus, ait, tertij cœli culmen ascenderat, iam paradisi secreta cognouerat, & tamen adhuc carnis bella tolerans gemebat: [Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ.] Nec iste sensus à dignitate Apostolica aliquid detrahit; quia sicut non est indignum Apostolo ab hominibus affligi; ita non est indignum à dæmonibus carnis tentationem pati, quam ille aliis etiam locis insinuat. Mente, inquit, seruo legi Dei; carne autem legi peccati.] Et non quod volo bonum hoc facio, sed quod odi malum hoc ago.] Et infelix homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?]

Notissima est etiam impugnatione carnis, quam Hieronymus in eremo passus est, & iucundum erit illum narrantem eam audire. Sic ille ait: O quoties ego ipse in eremo constitutus, & in illa vasta solitudine, quæ exusta solis ardoribus horridum monachis præstat habitaculum, putabam me Romanis interesse deliciis. Sedebam solus, quia amaritudine repletus eram. Horrebant sacco membra deformia, & squalida cutis situm Æthiopicæ carnis obduserat. Quotidie lacrymæ, quotidie gemitus: & si quando repugnantem somnus imminens oppressisset, nuda humo, vix ossa hærentia collidebam. De cibis vero & potu taceo, cùm etiam languentes aqua frigida vrantur, & coctum aliquid accepisse, luxuria sit. Ille igitur ego, qui ob gehennæ metum tali me carcere ipse damnaueram, scorpionum tantum focius & ferarum, sæpe choris intereram puellarum. Pallebant ora ieiunij, & mens desiderij æstuabat in frigido corpore, & ante hominem suum iam carne præmortua, sola libidinum incendia bulliebant. Itaque omni auxilio destitutus ad Iesum iacebam pedes, rigabam lacrymis, crine tergebam, & repugnantem carnem hebdomadarum inedia subiugabam. Non depudescio infidelitatis meæ, quin potius plango me non esse quod fuerim. Memini me clamantem, diem crebro iunxisse cum nocte, nec prius à pectoris cessasse verberibus, quàm rediret, Domino increpante, tranquillitas. Ipsam quoque cellulam meam quasi cogitationum mearum conscientiam pertimescebam. Et mihi met iratus, & rigidus, solus deserta penetrebam. Sicubi concaua vallium, aspera montium, rupium prærupta cœnebam, ibi meæ orationis locus, ibi illud miserimæ carnis ergastulum, & vt ipse mihi testis est Dominus, post multas lacrymas, post cœlo inhærentes oculos, nonnunquam videbar mihi interesse agminibus Angelorum, & lætus gaudensque cantabam: Post te in odore vnguentorum tuorum curremus.] Si autem hoc sustinent illi, qui exeso corpore, solis cogitationibus oppugnantur; quid patitur puella, quæ deliciis fruitur? Hæc ille.]

Non minus mirabilis est Gregorij Nazianzeni tentatio, quam iam senex patiebatur, quàmque mira humilitate suis scriptis inserere: non extimuit,

Eumque audiemus, vt, quibus armis se aduersus illam armauerit, agnoscamus. Eius verba sic habent: Caro perniciosa, multiplicum vitiatorum radix, non improbitati tandem tuæ impudentiæque finem impones, non spiritui, ac senectuti iam canæ, stulta miserique te submittes? Idque cùm te solam Christus (quo tempore rudem illam, & inconditam materiam verbo suo exornabat) fuissem manibus effinxerit, ac postremo cum diuinitate coniunxerit, vt charissimo fignamento, grauissimis modis à Belia vexato, salutem, vitæque beatæ hereditatem afferret, mortæque sua ex morte extraheret? Quocirca verere me tandem, ac libidinem istam, petulantiamque compeſce, nec in animæ meæ perniciem perpetuo furore debacchare. Alioqui nisi quamprimum apprehensa Chusti fimbria pestiferum improbitatis tuæ profluum compresseris, immortalis Dei manum, diemque illum, qui omnia hominum dicta factaque in vnum collecturus est, testor, fore vt te acerrimè oppugnem, omnique dolorum genere frangam, atque cadauere imbecilliorum reddam. Huc vsque ille.]

Hæc igitur tentationes, quæ non iam à vitio in medullis abscondito, neque à corpore malè domito, sed à diabolo aduersus iustos oppugnantem, promanant, cum hoc gradu castitatis, immo cum perfectissima sequentium graduum castitate pugnant. Sicut enim potest dæmon homini fide perfectissimo infidelitatis tentationes obicere: ita potest hominem castissimum venerea voluptate tentare. Permittit id Dominus ad ostensionem fortitudinis iustorum suorum, & ad custodiam humilitatis eorum. Vnde Richardus Victorinus sic ait: Primò vox illa Domini intercedentis flammam ignis in-incipientibus, & nouiter conuersis, intercidit quicquid inclinare posset consensum rationis. In proficientibus autem sæpe auferit illicitam delectationem mentis. In raris autem, & valde perfectis, remouet etiam titillationem carnis. Multi tamen quamuis ad summam perfectionem profecerint, stimulum carnis suæ extinguere non potuerunt, sed diuina hoc dispensatione in eis actum est: quam quidem quid vnicuique vtilius accidat, latere non potest: & in aliis quidem fiebat ad demonstrationem singularis eorum fortitudinis; quia tales erant, qui semper pugnare assidue, & triumphare sufficerent. In aliis autem ad custodiam humilitatis, quando singulare aliquid bonum præ cæteris aliis omnibus acceperant.] Et post multa in eundem psalmum vigesimum octauum egregie dicta, ait: Per animalia munda, desideria bona: & per animalia immunda, desideria mala notari, Deumque tam ex illis quàm ex istis quædam subtrahere, quæ perfectionem impediunt; quædam relinquere, quæ perfectioni proficiunt. Et postea subiungit: Stimulum carnis suæ quis vnquam nisi peruersus non erubuit, & tamen quàm multis contra superbiam adiuit, & in humilitate custodiuit? Sic, sic sæpe ex bonis quibusdam à melioribus retrahimur, & ex malis quibusdam, ad optima compellimur. Vnde est quod mundorum animalia innumera diluio absorben-
 tur, & immundorum non pauca post diluuium referuntur. Rectè enim illi affectus sine sint pudendi, siue pudici, sapientiæ diluio per-
 eunt, qui perfectionis studium impediunt. Rectè

2. Corint.
12. 7.

Greg. 11. 1.
mor. c. 12.

Rom. 7.
23.

n. 25.

n. 20.

n. 24.

Hieron.
epist. ad
Eusoch.

Cant. 1.
3.

Nazian.
aduers.
carnem.

Richard.
ad Eus.
28.

solū illi siue inter pudicos, siue inter impudicos deperentur, post diluuiū referuantur, qui in bonū cooperantur. Hæc ille.]

Hic igitur gradus Castitatis, sicut & quilibet alius, tentationes à diabolo procedentes non excludit, sed eas abiicit, quas aut vitium luxuriæ non bene domitum procreat, aut carnis perulantia progenerat. Sed certum sit multos ex viris perfectis ab impugnationibus etiam dæmonis liberari: & tunc si in hoc quarto gradu resideant, nullam in vigilia, aut ferè nullam tentationem sentiunt, nullam carnis suæ titillationem perferunt. Et licet aliquas occasiones habeant, non quas ipsi vlerò admittant, (nam istæ castissimis etiam efficiunt) sed quas ministerium animarum, aut quodlibet aliud munus secum affert, in eis tamen non solū illæsi, verum & quieti, & puri, ac si absque occasione essent, perseverant. Dicuntque exultantes: Domine, Domine, virtus salutis meæ, obumbrasti super caput meum in die belli.] Dies enim belli tota hæc vita est, quæ est instar militiæ super terram: sed Dominus in hac die virtus suorum est, quia eos à tentationibus insurgentibus protegit: & sicutum est, quia ne tentationes accedant, eis se opponit, suoque defendit.

Quintus gradus Castitatis, in somno impuris illusionibus non sedari.

CAPVT IX.

SOMNVS est mortis imago, in quo homo non est suæ rationis cõpos, & phantasis rerum sese in cogitatione miscens, ac sine imperio rationis cohibente apparentibus, absurda satis & inepta solent nobis representari. Hæc autem ex quatuor capitibus exoriuntur (vt nunc Deum aliquid in somnio per se, vel per Angelum reuelantem omittamus) aut ex ipsa constitutione corporis; nam prælia, & rixas biliosi; ludos, & festiua, sanguineis; aquas, & quæ ad eas pertinent, phlegmaticis; & tristia melancholici somnari solent. Aut ex his, ad quæ affecti sumus; aut ex his, quæ in vigilia loquuti sumus, aut cogitauimus, aut aliquo sensu percepimus; vel tadem ex arte dæmonis, cui aliquando, Deo permittente, subiicimur. Affectus noster ad aliqua suscitatur inter quiescendum in somnia; id è quæ sæpe somniamus, quæ diligimus, quæ desideramus, aut quæ odio prosequimur; quia assidua cogitatio, quæ in vigilia nos tenuit, & intenta mentis affectio potens est rerum earum similitudines, cum dormimus, obicere. Et hinc trahitur similitudo illa Isaiæ: Sicut somniat esuriens, & comedit, cum autem fuerit expergefactus, vacua est anima eius, & sicut somniat sitiens, & bibit, & postquam fuerit expergefactus, lassus adhuc sitit, & anima eius vacua est: sic erit multitudo omnium gentium, quæ dimicauerunt contra mōtem Sion.] Esurientes enim, quæ appetitus est cibi; & sitis, quæ appetitus est potus; imagines esulentorum & potuū excitant, quæ dormientes somniant se consumere, cum tamen nihil comedant, & bibant, sed solam vanitatem apprehendant. Locutio etiam, vel præcedens cogitatio, vel sensus alicuius perceptio vasa in somniorum excuscat, quia similitudines earum rerum, quas recens accepimus, tanquam potentiores sese cogitationi dormientis obiciunt, vt possit circa illas operari. Et hinc quidam cecinit:

*Omnia, quæ sensu voluntur vota diurno,
Tempore nocturno reddit amica quiete.
Et Ecclesiasticus: Vana spes, & mendaciū viro sen-*

Alato: & somnia extollunt imprudentes.] Sapiens, inquam, non fidit vanis spebus, quæ nihil soliditatis continent. E contra verò stultus si aliquid vile somnauerit, extollitur, quasi à Deo somnium esset immissum, cum tamen Deus nihil illi reuelauerit, sed vana eius cogitatio, aut fermocinatio illad somnium parturierit. Ac tandem arte dæmonis somnia excitantur, qui potens est similitudines in memoriâ custoditas tanquam corporeas disponere, & eas cogitationi aspiciendas obicere. Talisq; fuisse somnium mulieris Pilati, cum misit nuncium ad virum suum: Nihil tibi, & iusto illi; multa enim passa sum hodie per visum propter eum; nonnulli cum Beda existimant. Dæmonesque (vt propius ad rem accedamus) consueuisse impudicis phantasis corda iustorum turbare, docuit Augustinus, sic scribens: Ille nefandus aduersarius, quod non potest surripere vigilantem, agit vt extorqueat dormienti. Cum in ipsâ quiete inquietus insidit, demonstrat imaginem falsam, & torquet concupiscentiam veram; vt quem non potest vigilantem superare certantem, captiuum teneat quiescentem: quia cum sopitos per somnia sensus deludit, nonnunquam etiam Sanctorum animæ in turpes labuntur assensus. Quæ si imputaret altissimus, quis viueret castus? Nouerunt ergo ista, qui pugnant. Nouerunt, qui carni, & sanguini repugnant. Nouerunt adiutricem, & gubernatricem diuini muneris gratiam. Nouerunt desuper adiuti, hanc pugnam facile superare. Nouerunt, gratiâ perdente, ad victoriam peruenire. Nouerunt victores palmâ cælestē desuper expectare. Hæc Augustinus.]

Clam ex his intelligitur in quo consistat quintus gradus Castitatis. Illum enim possidet, qui nō solū in vigilia nullas carnis impugnationes patitur, verum & in somno nullis impuris phantasis illuditur. Nam istas in eo corporis constitutio sanguinea, & hilaris, non excitat, quia corpus abstinentiæ, & vigiliis, & aliis asperitatibus edomuit, & aliquantulum imbecillum reddidit. Nec affectio has illusiones prouocat, quia affectum suum à deliciis huius mundi subtraxit, & cælestibus donis inseruit. Nec cogitatio, aut loquutio, aut aliquis sensus importat; quoniam cogitationem mundissimam, sermonem castissimum, & sensus circumspectione præcitos habet. Licet autem dæmonis astu possint huiusmodi illusiones prouenire absque impedio Castitatis; tamen (concedente Domino) diabolus impeditur, ne possit luci tantæ puritatis aliquas tenebras impuræ cogitationis offundere. Qui profectò lectulum virginum, & pudicorum, exhorret, & cum pater immūdicæ sit, & turpitudinis, sanctimoniam extrinsecit, & ad homines tam perfectæ Castitatis verè accedere. Huius gradus meminit Climacus, dicens: Pudicus est ille, qui in somnis quidem nullum motum, nullamque status sui mutationem sentit. Pudicus est ille, qui & in somnis quidem perfectam semper insensibilitatem in corporum specie & varietate possedit. Hæc regula huiusmodi finis est perfectæ consummatæque castitatis; vt ita animata, sicut inanimata, intueamur, atque ita rationabilibus, vt brutis corporibus afficiamur. Meminit & Laurætius Iustinianus, qui Cassiani vestigiis in hærens, sic ait. Castimonix gradus est, ne illecebrosis phantasmatibus feminatarum vel dormiēs illudatur. Licet enim hanc ludificationem peccato esse obnoxiam non sit credendum; concupiscentiæ tamen latitantis mendacitatis indicium est. Quam tamen ludificationem diuersis modis constat accidere. Nam secundum illum vsum, quem vigilans, vel exercere, vel cogitare consueuerat, etiam dormiens vnusquisque tatur.

Matth. 27. 19. Beda ibi.

August.

Climac. grad. 15.

Iust. in li. gno vsta de conti. nent. c. 6.

Hic

Pal. 139. 8.

Isa. 29. 8.

Claud. de rapto Pro serp.

Ecc. 34. 1

Hic est continentiae finis, haec pudicitiae consummatio: hic est immarcescibilis fructus ligni vitae, & ascensus primus victoriae brauium in carne existens, quem qui possidet, futuram incorruptibilitatis beatitudinem utcumque praebat. Sic iste doctor.]

Psal. 3.6. Hic poterit iure dicere cum sancto Dauide: Ego dormiui, & soporatus sum, & exurrexi, quia Dominus suscepit me.] Vox esse potest hominis castitatem impense amantis, itaque dicentis: Ego prius non dormiebam, quia timide semper quiescebam, timens ne aliquid inuitus pateret, quod meam puritatem inficeret. At nunc tanto munere donatus securè dormio, & fidenter, dum corpusculi necessitas poscit, sopori me trado, laetus & expeditus ad Dei obsequium, etiam ad sacrificium immaculatum offerendum surgo, non ex mea virtute, sed ex Dei gratia, quia Christus habitans in me, sua protectione suscepit me.

Est igitur somnus viri iusti in hoc gradu Castitatis positi, quietus, & purus, & sanctorum operum, & desideriorum, quae in vigilia praecesserunt, cogitatione formatus. Et si Deus aliis eius imagines aperiret, quas somnians euoluit, non aliquid obscenum, aut impurum, sed omnia munda, & sapientiae plena conspicerent. Habetque ex parte homo, quod ante peccatum haberet. Quando, ut inquit Ambrosius, dormire non cupiditas, sed necessitas fuit. Et tamen eum quiesceret corpus, vigilaret animus, qui frequenter in somnis aut lecta repetit, aut somno interrupta continuat, aut disposita gerit, aut gerenda pronunciat.] Experitur homo illud, quod experiebatur sponsa: Ego dormio, & cor meum vigilat.] Ita enim corpus dormit, ut habeat suae puritatis custodem. Cor meum vigilat; illa virtus, quam, Deo donante, post multos gemitus, & postulationes accepit illa, quae mihi cordi est, & non aliter, quam proprium cor diligo, vigilat super me, & cingit me propter timores nocturnos. Vel cor meum vigilat; Spiritus Domini, quo ceu corde viuificor, & calefco, vigilat cum ego dormio, ut in somno immunda non patiar, sed aliquid simile eis, quae in vigilia soleo aditare, perficiam. Talis est virorum castissimorum dormitio. Nam, ut inquit Ambrosius, Sanctorum somnus est operarius, secundum quod scriptum est: Ego dormio, & cor meum vigilat.] Et secundum quod Iacob sanctus diuina dormiens videbat mysteria, quae vigilans non viderat, de caelo ad terras aërem peruium Sanctis, respicientem Dominum, & pollicentem terrae eius possessionem. Itaque breui somno dormiens impetrat, quod magno labore postea acquisiuit haereditas eius. Est enim Sanctorum somnus, feriatu omnibus corporis voluptatibus, ab omni animi perturbatione tranquillitatem menti inuehens, placiditatem animae, tanquam soluta nexu corporis se ableuet, & Christo adhaereat. Sic ille.] Hinc accipit, ut talis somnus sit pacatus, ex Christo scilicet pacis auctore, cui se in vigilia animus adiunxerat.

[Obtinebat Salomon omnem regionem, & habebat pacem ex omni parte in circuitu.] Sic & Castitate perfectus omnes vires tam animae quam corporis in suam potestatem redegit, & ideo siue vigilans, siue dormiens pace perficitur. Quatuor, secundum Hugonem, solent inquietare somnum; hostis, & seruus, vxor, & vicinus, quae cum procul ablegentur, quisque tranquillè quiescit. Castus autem, quem Dominus tanta puritate ditauit, haec quatuor à se constanter reiecit. Expulit diabolus hostem, cuius suasionibus importunis aurem non praebet. Contempnit mundum seruum, quem vilem & con-

temptibilem esse cognouit. Rexit carnem vxorem, & discretam abstinentiae parcitate subiugauit. Diloxit proximum, sed si sui propositi non sit, ad multam familiaritatem non admittit. Non ergo mirum est si pacatus dormiat, & illusionum monstra non sentiat.

Huius gradus Castitatis aliquos esse participes, illos praecipue, qui virginitatem coluerunt, certum est. Quibus Dominus quasi in partem praemij puritatis & casti pudoris hoc concedit, ut in hac parte tranquillitate fruatur, & nec in vigilia, nec in somno aliqua tentatione turbentur. Illis verò, si acceptum donum volunt non perdere, duo faciendū sunt. Alterum est, ut sibi caveant, & vel minimas etiam se foradandi occasiones auertant. Nam qui sibi

ipsum fiderit, & in periculo constituerit, post longam etiam & magnam Castitatem agnosceret quam fragilis sit homo ad resistendum daemone, & quam facile sit vno iactu alex immensas mundiciae diuitias perdere. Nemo suae Castitatis, & sanctitatis, aut alterius, rationem habeat, nec bono praetextu iuuandi animas, personae suspectae confortium admittat: quia nouit diabolus maris tranquillitatem in tempestatem conuertere, & duo naugia in circumspicendā iuncta mutua collisione destruere. Pulchre sanè Cyprianus daemoneis technas edicens, hanc similitudinem est prosequutus. Hanc primò, inquit, exhibet lenitatem, ut duas naues oblectet adinuicem conuenire, quas cum fecerit iunctas, repentinis turbinibus in semetipsas elidere possit, & frangere. Et his vitur blandimentis, ut subtractis omnibus iaculis, compescēs aduersa, suggerens prospera, tam diu sopitum ignem sine vllis flammis occultet, donec duas faculas iungens, simul ambas ascendat, & tam diu cessat saeuire suae tela supponere, donec sicut peritus venator quos occisurus est, laquei sui vinculis alliget. At vbi insolubili catena deuinctos abstrinxerit, velut lanista protinus duos gladiatores aduersus inuicem compellit armari: & subinde stimulans membra, statim gladios aptat, statim succedit infaniam, & vulnificos amplexus impingens, vtrumque simul vno iactu mortificat. Sic explicat, quod antè praefare videtur, sic de simplici charitate amorē constat illicitum, sic per sanctitatem sibi inducit interitum, dum contentus est cedere: sic valet fortius occupare, & dum summissus patitur semetipsum praebere deuinctum, sic plenius deuincere gloriatur. Cuius versutias Paulus Apostolus sic intelligit, dicens: Non enim ignoramus, inquit, astutias eius. Haecenus ille.] Hunc sine dubio Castitatis gradum Thomas Aquinas acceperat, quae Angeli zona Castitatis nunquam dissoluenda praecinxerant. Et tamen post hoc donum Dei, ut haberetur in eius vita, vsque adeò vitauit foeminarum colloquia, praeterquam vbi vel utilitas, vel necessitas aliud posceret, ut solent homines sibi à serpentibus & scorpionibus praecauere. Sciebat enim ille tū scientia humana, tum illuminatione diuina sapientissimus, carnem licet iam domitam, semper inimicam esse Castitatis, & ideo securus iudicauit fugere, quam de seipso, & de obenta Castitate temerariè praesumere. Cum ergo corpus hostis sit animae, custodiāmus illud praecceptum Ecclesiastici: Non credas inimico tuo in aeternum; sicut enim aramentum, & reginat nequitia illius: & si humiliatus vadat curuus, adhaec animum tuum, & custodi te ab illo: non statuas illum penes te, nec sedeat ad dexterā tuam, ne forte conuersus in locum tuum, inquit cathedram tuam: & in nouissimo agnoscas verba mea, & in sermonibus meis stimuleris.] Non credas,

inquam

Psal. 3.6.

Amb. li. 2 de virgin.

Cant. 5.2

Amb. lib. 8. epist. 60 ad Anisim.

3. Reg. 4. 24.

Hug. 3. de clauis animae. c. 9.

Cyp. de singulari. clauis. cor.

1. Cor. 11.

Ecl. 11. 10. 11. 12.

inquam

inquam, o iuste, suasionibus corporis tui, quia hostis tuus est. Ne credas ei in initio conuersionis tuae, quando aperte forsitan aduersus castitatem insurgit. Nec etiam credas ei, quamuis magnam perfectionem fueris assecutus, & ipsum iam domitum aduersus mundiciam bella non moueat: quia sicut ferrum, licet mundum fuerit, facillime rubiginem contrahit: ita corpus oblata occasione nullo negotio ad desideria impura redit. Et si longa inedia, & assiduis vigiliis robur amiserit, semper suspectum habe, & custodi te ab illo. Nam si ad dexteram tuam ut amicus sederit, & te sibi fidem viderit, dum minus putaueris, incautum te ab illa castitatis sublimitate deiciet.

Alterum tibi obseruandum est, ut hunc gradum castitatis eximum Dei donum agnoscas, sicut te vera est, & eius perseverantiam assiduis a Domino precibus & desiderijs efflagites. Cassianus certe hoc esse praesentissimum, ac vnicum huius tantae puritatis remedium custodiendam, manifeste proclamauit. Postquam enim docuit quam ardentibus desiderijs est puritas haec appetenda, & quantae cautela est somnis suis temporibus admittendus, haec ait: Ita vnusquisque quotidie integritatis suae maturus explorator effectus, & collata sibi purificatione congaudeat, eamque se non suo studio, nec vigilantia, sed protectione Domini sentiat consequutum; ac tamdiu illius perseverantiam suo corpori intelligat cohaerentem, quamdiu eam Dominus sua fuerit miseratione largitus. Qui enim hanc stabiliter obtinet fidem, nequaquam superbum sapiens de sua virtute confidet, neque seductus longis obsceni liquoris inducijs blandissima securitate soluetur; sciens impurissimam colluisionem aspergine se protinus maculandum, si vel paululum quid ab eo protectio diuina discesserit, ac proinde pro perpetuitate eius cum omni contritione & humilitate cordis, indefessus est orationibus incubandum. Sic ille. [Illam ergo orationem Prophetae amator castitatis iugiter effundat: Custodi me, Domine, ut pupillam oculi: sub umbra alarum tuarum protege me.] Aliter nos manum, aut pedem, aliter pupillam oculi custodimus. Illa ab icu alicuius momenti defendimus, si vero leuiter impingant, vel manus eis quae tractat, aut calceus terrae adhaereat, non curamus. At pupillam oculi nec minimo puluisculo obscurari permittimus, quia ille videndi aciem impedire sufficit. Quid est ergo nos pupillam oculi custodiam poscere, nisi vera minima etiam infectione, quae in somnis accidere solet, liberemur, optare? Sub umbra alarum soli pulli auium protegentur, qui cum sint suis parentibus similes, postea nouerunt volare, & a terra periculorum plena discedere. Volamus ergo alis Domini protegi, & sub eius pennis commorari, quasi cupientes pro dilectissimis filiis haberi, & conuersatione nostra ipsis Angelis, qui molem carnis non habent, similes effici. Petimus quidem ut [conuersatio nostra,] iuxta dictum Apostoli, in caelis sit. Vt quemadmodum in caelo nihil erit, quod carnem nostram maculet: ita & in terra, etiam cum quiescimus, nihil accidat, quod carnis mundiciam a nobis elonget. Postulamus, ut similes Angelis efficiamus; & siue in vigilia, siue in somno, eorum contra impuritatis vitium tutamine ac protectione laetemur. Denique petimus, ut illud psalmi in nobis impleatur: Et nox illuminatio mea in delicijs meis. Mea, inquam, nox, ut dixit Laurentius, (licet in alio sensu) nihil obscuritatis habet; sed omnia in luce clarescit. Quia tenebrae: o Domine, non

A obscurantur a te, nec aliquid in me facient, quod tuis oculis sit inuisum; sed nox sicut dies illuminabitur, sicut tenebrae eius, ita & lumen eius. Id autem habeo non ex virtute mea, sed ex munere tuo, Deus meus, quoniam tu scilicet suscepisti tenes meos ab impura colluione mundandos, suscepisti me de utero matris meae.

At dices nos hunc castitatis gradum explicasse sicut Tullius perfectum oratorem, aut Plato perfectissimam rempublicam, cuius similis nulla unquam fuit, apte describit. Sed quid de hoc sentiamus, in sequenti gradu dicemus.

Sextus gradus Castitatis: In carne quasi sine carne viuere.

CAPVT X.

ROSTREMVM hunc castitatis gradum difficile est praecedenti secernere; nihil enim in hac vita optare potest humana mortalitas, quam ut nec in vigilia, neque in somno aliquid mundiciae aduersum patiat. At aliquid aliud restat nobis desiderandum in virtute castitatis, quod ad gradum eius perfectissimum spectare videtur. Illud autem est, ut nos, qui homines sumus, Angelicam puritatem imitemur, & in carne corruptibili quoddam incorruptionis genus induamus. Cogitantibus autem nobis quomodo Angelicam puritatem exponeremus, illud occurrit dicendum, eam esse fortissimam, ab omni impugnatione alienissimam, & ab ipsa angelica natura tributam. Est fortissima, quoniam etiam si impugnaretur, nulli omnino teratationi cederet. Est ab omni impugnatione alienissima; quoniam cum angelus carne non habeat, carnis insultus sentire non potest. Est a natura tributa; quia angeli cum suapte natura sine spiritus, naturaliter habent, ut in carnis peccata non incurant. Adeo ut mali angeli, qui in ea incidunt, secundum reatum, nunquam tamen peccata carnalia committant secundum actum. Solet igitur Dominus aliquos viros sanctissimos, (quales sine dubio fuerunt, ut nunc Beatam virginem omittam, duo Ioannes, Baptista & Euangelista, & alij nonnulli) tanta gratia praenire, & replere, ut quod angeli per naturam habent, ipsi per gratiam accipiant, ut scilicet summa suauitate, ac si id a natura procederet, in omnem honestatem, ac puritatem protendant; & carnis foeditatem non aliter quam mortem naturae contrariam exhorreant, aut quasi aliquid amarissimum pertimescant. Qui in occasionibus, quas ipsi non quaesierunt, sed res huius mundi pepererunt, ut rupes in medio mari posita, quae fluctus irrident, inueniantur immobiles. Qui iam nullo modo impugnentur, quoniam concupiscentia dono gratiae prauenta non turbat, & daemon timore percussus impugnare non audet. Qui corpora humana ita aspiciunt, ut arbores, aut ligna vitidia. Qui cum opus est, tanta libertate ac puritate functionem humanae generationis cogitant, ac si somus fabricam cogitarent. Qui ita aliorum foeditates & castus audiunt, ac si non audirent, neque haberent carnem, illius, quem audiunt, carni conformem. Isti reuera sunt viri diuini, qui perfectissimam castitatem adepti, naturam humanam videntur excessisse, & ad angelicam euolasse. Nam ut Cassianus ait: Quodammodo exire de carne est, in corpore commorantem; & ultra naturam est, fragili carne circumdatum, carnis aculeos non sentire.

Cassian.
60. 12. 4

Ps. 16. 8.

Phil. 3.
20.

Ps. 138.
11.

Cass. lib.
6. c. 6.

Cassian.
col. 12. c. 7.

Cassian.
col. 7. c. 1.
p. 2.

Hanc fuisse castitatem Abbatis Sereni idem A
Cassianus, castitatis gradus enumerans, euidenter
affirmat. Qui & alio loco huius sancti viri casti-
tatem describens & modum, quo ad eam perue-
nerit, aperiens, sic ait: Huic supra omnes virtu-
tes, quæ non solum in eius actibus, vel moribus, sed
etiam in ipso vultu per Dei gratiam resplendebant,
ita est peculiari beneficio donum castitatis infu-
sum, ut iam se ne ipsis quidem naturalibus incutiis
inquietari, vel in sopore sentiret. Ad quam ta-
men præcipuam puritatem quemadmodum gratiâ
Dei adminiculante petuenerit, quoniam supra
humanam videtur conditionem naturæ, necessa-
rium reor primitus explicare. Hic igitur pro cor-
dis atque animæ castitate, nocturnis diurnis-
que precibus, ieiuniis quoque ac vigiliis infati-
gabiliter insistens, cum vidisset orationum sua-
rum obtinuisse se vota, cunctosque ætus in cor-
de suo concupiscentiæ carnalis extinctos, velut sua-
uissimo gustu puritatis accensus, in maiorem sitim
zelo castitatis exaruit, & interioribus cepit iei-
uniis atque obsecrationibus incubare, ut mortifica-
tio passionis huius ad exteriorem etiam purita-
tem ætatenus perueniret, ut ne ipso quidem sim-
plici ac naturali motu, qui etiam in paruulis
atque lactantibus excitatur, vltius pulsaretur, in-
depti scilicet muneri experimento, quod se no-
uerat non laborum merito, sed Dei gratiâ con-
secutum; ardentius animatus ad hoc quoque si-
militer obtinendum, credens multo facilius hos-
timpulos carnis radicibus Deum posse conuellere,
quos etiam humanæ artis industria nonnumquam
oler quibusdam poculis, vel medicamentis, seu
ferri sectione detrahere, quandoquidem illam
spiritus puritatem, quæ sublimior est, quamque
impossibile est humano labore, vel studio com-
prehendi, suo munere contulisset. Cumque pe-
titioni ceptæ supplicatione iugis, ac lacrymis in-
defessis insistere, adueniens ad eum Angelus in
visione nocturnâ, eiusque velut aperiens vte-
rum, quandam ignitam carnis strumam de eius
visceribus auellens, atque proiciens, suisque
omnia, ut fuerant, locis intestina restitens: Ecce,
inquit, incentiua tuæ carnis abscissa sunt, &
obtinuisti te noueris hodiernâ die perpetuam cor-
poris puritatem, quam fideliter poposcisti. Ha-
cenus ille.]

Climac.
grad. 15.

Eundem etiam gradum ita Iohannes Climacus
attingit. Quidam, aiebat, cum pulchritudinem,
atque venustatem intueretur corporum, ex ea
admonitus, magnificè glorificabat opificem, at-
que ex solo huiusmodi spectaculo in amorem Dei,
fontemque lacrymarum, excitatus est. Eratque
stupor ingens, videre, quod alteri fons ruinæ
fuisset, id alteri coronarum causam præter natu-
ram fieri. Huiusmodi verò si semper hoc sensu,
atque actione perdurat, ante communem resur-
rectionem iam in corruptionem transit. Eadem
regulâ & in melodiis, & canticis utemur. Nam
ij quidem, qui Deum diligunt, in hilaritatem, di-
uinamque dilectionem, atque in lacrymas, & ex
mundanis, & ex spiritualibus canticis excitari so-
lent: contra autem, qui voluptatibus addicti sunt,
vndique sibi perditionis materiam colligunt. At-
que hunc tandem gradum ex diuinâ gratiâ, & non
ex naturâ procedere, idem testatur in hunc modum:
Alius, qui est ex certaminibus; alius verò qui est ex
humilitate profundâ; alius item, qui ex diuina re-
uelatione tyrannum vincitum tenet, atque captiuum,
atque ex his alius quidem Lucifero, alius magnæ ful-

Climac.
ibid.

gentique luna; alius verò splendidissimo soli cõpa-
ratur. Omnium tamen conuerfatio in cœlis est. Ex
auroræ quippe candore, lux prodit; ex luce verò
solis iubar accenditur. Ita & in his, quos modo me-
morauimus, intelligendum est. Sic ille.]

De Jacob igitur dictum est, quod Angelus teci-
git neruum femoris eius, & statim emarcuit. Quia
si Deus femur nostrum suâ gratiâ non tangat, num-
quam valebimus, de carne victoriam reportare. Hec
itaque, quam descripsimus, est summa perfectio
castitatis, ex cuius sublimitate colligitur quantum
inter hominẽ distet, & hominem: quarumque vnus,
diuinâ gratiâ iuuante, possit alterum superare. Quod
enim hic impossibile iudicauit, qui virtutem ex
qualitate aut seordiâ suâ metiri, & æstimare ausus
est; alter non solum possibile esse perspexit, sed & se
re vera illud possidere, Dei beneficio, cognoscit.
Factusque Dominus illud mirabile, quod Oiea pro-
phetante promisit: Arcum, & gladium, & bel-
lum conteram de terra: & dormite eos faciam fi-
ducialiter. Nam neque cominus posita, neque emi-
nus distita, quæ arcu & gladio signantur, bellum ad-
uersus animi puritatem, & corporis mundiciam ex-
suscitant. Et cum mens ad spiritalem somnum, &
ad diuinâ contemplanda se colligit, nihil inuenit,
quod suam requiem interpellat. In isto gradu
iam castitas non vt advena, sed vt ciuis est, quam
nemo pellit, si aliquantulum diligentia in eius
custodia adhibeatur, cui nemo hospitium denegat:
sed virtutes reliquæ eam vt forentem, & in eadem
mente iusti domiciliij ius habentem cingunt atque
tuentur. Est vt elementum in loco suo, quod nul-
la vi in eo manet, sed naturaliter in illo quiescit:
ita castitas in corde, tanto munere donato, nõ qui-
dem naturaliter, quia omnis castitas, & præcipue tam
perfecta castitas, eximium Dei donum est, sed sua-
uissimè permanet. Est vt manna in arca testamenti
ex lignis imputribilibus fabricata, cui nulli ver-
mes, id est, nullæ immundæ cogitationes, & nulla
impura desideria damnun inferunt. Est tãdem non
vt lilium inter spinas tentationum, sed inter flores,
& rosas sanctorum desideriorum, quæ eam non
pungunt, vt abscedat, sed comitantur, vt maneat.

Ista ergo sunt opera Dei mirabilia, de quibus
scriptum est: Benedictus Dominus Deus Israel, qui
facit mirabilia solus. Ad tam admirabilem enim
hominis mutationem, qua non solum culpis carnis,
etiam leuitibus, sed impugnationibus quoque caret,
nulla humana accedit industria. Benedictum nomẽ
maiestatis eius in æternum: & replebitur maiestate
eius omnis terra. Quia nimirum terra cordis hu-
mani, quæ ex parte donis eius replebatur, quatenus
fugiebat consensum; iam ipsius maiestate repletur,
vt penitus declinet & sensum. Hæc est illa mutatio
ab Amos Propheta prædicta, qua Dominus conuer-
tit in mane tenebras. Nam caliginem illam immun-
dorum desideriorum præ seorsitate, & horrore suo,
lucem fugientium eliminat, vt quietum & purum
mane perfectæ castitatis assurgat. Quod sanè auroræ
merito cõparatur, quoniam sicut hæc in meridiana
lucem tendit: ita & hæc puritas, si perseneret, usque
ad illam integram & omnimodâ puritatem, quâ in cœ-
lo sancti habent, sine dubio procedet. Ac denique vir-
catus, qui ad hæc puritatẽ accessit, sine vlla vi, immo
cum incredibili suauitate, implet illud, quod Basilus
à virgine postulauit. Nulla, inquit, ex parte mor-
chari conuenit virginem, non lingua, non aue-
non oculo, non tactu, non vilo denique sensu,
multoque minus animo: sed corpus quidem veluti
delubrum quoddam, aut spõsi thalamum apertissimè

Genes. 32.
25.

Osee. 12.

Psal. 71.

u. 19.

Amos 5.
8.

Basil. de virg.

instruc

instruere, atq; seruare; Animam verò in hoc ipso vt
 sponsam nitidam ac purissimam sponam amplexibus
 iungere: diligenter enim ipse omnia rimatur & di-
 scuit, non ea solum que mortalibus patent obru-
 tibus, sed que in intimis animæ recessibus latent;
 ipsiusq; oculos nulla peccatricis conscientia latebra
 vniquam effugere poterit. Hæc similitudines spòsæ,
 & thalami, & templi Dei, si bene considerentur, satis
 indicant, quanta solitudine vir castus debeat suam
 mentem, corpusq; seruare, & ad quantam vtriusque
 mundiciam possit per Dei gratiam peruenire. Cui tam-
 en mundiciæ (vt Cassianus vberius tractat) non
 obstat accedens in fomnis carnis commotio ex natu-
 rali causâ proueniens, quando sine pruritu, & sine
 memoria libidinis, membra sedantur, & secundum
 priorem statum se componunt.

Sed iam ad illud, quod supra promissimus, tede-
 amus, inuestigemusq; an hæc castitas post lapsum pri-
 mi parentis sit homini mortali possibilis, an verò eâ
 oculis iustorum desiderandam proponere, sit, errorè
 Stoicorum, & aliquorum antiquorū monachorum
 inuehere, existimantium, posse hominem (quod ad
 affectus attinet) impassibilem esse, & omnis affectu,
 ac sensus aut appetitus sui contradictione carere.
 Hoc enim erroneum esse manifestū est. esset enim,
 vt dixit Hieronymus, hominè ex homine tollere, &
 in corpore constitutum velle sine corpore existere.
 Et quidem affectus hi, cum sint naturales, quibus be-
 ne & malè vti possumus, nò potest ad virtutis perfe-
 ctionè spectare eorum expulsio, sed ipsorū tantum
 moderatio. Nec enitendū est, vt homo, vel Deus, vel
 lapis sit, cum nec possit ad illam sublimitatè omnis
 mutationis expertem assurgere, nec naturâ suam pro-
 lapidea cõmutare. Christus Dominus cum verâ natu-
 ram humanâ assumpserit, eius, (vt supra diximus)
 affectus non repulit, vt affectus istos non esse virtuti
 contrarios ostenderet. Et Paulus virtutis exèplar his
 passionibus animi absq; dubio subiaceuit, de quo hæc
 eologia, & hos affectus proprios hominis cõmemorat
 Augustinus. Illum, inquit, optimū, & fortissimū virū
 qui in suis infirmitatibus gloriat, vt eum potissimū
 cõmemoremus, qui in Ecclesiam Christi, ex gētibz
 venimus, doctorem gentium in fide & veritate, qui
 & plus omnibus suis coapostolis laborauit, & pluri-
 bus epistolis populos Dei, non eos tantum, qui præ-
 sentes ab illo videbantur, verum etiam illos, qui fu-
 turi præuidebantur, instruxit: illum, inquam,
 virum, Beatum Paulum, athletam Christi, doctum
 ab illo, vnctum de illo, crucifixum cum illo,
 gloriosum in illo, in theatro huius mundi, cui
 spectaculum factus est, & Angelis, & hominibus,
 legitime magno agone certantè, & palmam supernæ
 vocationis in anteriora sectantè, oculis fidei libentè
 spectant, gaudere cum gaudentibus, flere cum
 flentibus, foris habentem pugnas, intus timores, cur-
 pientem dissolui, & esse cum Christo desiderantem
 videre Romanos, vt aliquem fructū habeat in illis,
 sicut & in cæteris gentibus; amulantem Corinthios,
 & ipsa emulatione metuentem ne seducantur eorū
 mentes à castitate, quæ in Christo est: magnâ tristi-
 tiam, & continuū dolorem cordis de Israelitis habē-
 tem, quod ignorantes Dei iustitiam, & suam volētes
 constitueret, iustitiæ Dei non essent subiecti: nec solū
 dolorem, verum etiam luctum suum denuncian-
 tem de quibusdam, qui antè peccauerūt, & non
 egerunt penitentiam super immundicia & forni-
 cationibus suis.]

Vt autem intelligamus, vsum horum affectuum,
 non esse permissionem, sed naturæ integritatem, qua
 ad bonum iuamur, scripturæ sacræ ad rectum affe-

ctuum vsum nos mouent. Vnde ipse sanctus Pater
 Augustinus paulo superius, hæc ait: Apud nos autem
 iuxta scripturas sacras sanamque doctrinam, ciues
 sanctæ ciuitatis Dei in huius vitæ peregrinatione se-
 cundum Deum viuentes, metuunt cupiuntq; dolēt
 gaudēq; Et quia rectus est amor eorum, istas om-
 nes affectiones rectas habent. Metuunt penā eter-
 nam, cupiunt vitam æternam. Dolent in re, quia ipsi
 in semet ipsis adhuc ingemiscunt ad optionem, ex-
 pectantes redemptionem corporis sui. Gaudent in
 spe, quia fiet sermo, qui scriptus est. Absorpta est
 mors in victoriam. Item, metuunt peccare, cupiunt
 perseverare: dolent in peccatis, gaudent in opeti-
 bus bonis. Vt enim metuāt peccare, audiunt: Quo-
 niam abundabit iniquitas, refrigescet charitas mul-
 torum. Vt cupiant perseverare, audiunt quod scri-
 ptum est: Qui perseverauerit vsq; in finē, hic saluus
 erit. Vt dolent in peccatis, audiunt: Si dixerimus,
 quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus,
 & veritas in nobis non est. Vt gaudeant in operibus
 bonis, audiunt: Hilarem datore diligit Deus. Item,
 Sicut se infirmitas eorū firmitatq; habuerit, metuunt
 tentari, cupiunt tentari, dolent in tētationibus, gau-
 det in tētationibus. Vt enim metuāt tentari, audiunt:
 Si quis preoccupatus fuerit in aliquo delicto, vos,
 qui spirituales estis, instruite huiusmodi in spiritu mā-
 tuetudinis, intendens te ipsum, ne & tu tēteris. Vt
 autem cupiant tētari, audiunt quendam virum for-
 tem ciuitatis Dei dicentē: Proba me, Domine, & tē-
 ta me. Vt renes meos, & cor meum. Vt dolent in
 tētationibus, vident Petrū flentem. Vt gaudeant in
 tētationibus, audiunt Iacobū dicentē: Omne gau-
 dium existimate, fratres mei, cum in tentationes var-
 ias incideritis. Hæc ille. Si autem secundum alios
 affectus minis vehementes nò sumus impassibiles,
 multo minis valebimus appetitum carnis vehemen-
 tiore extinguerè, ita vt nec minimum eius stimulam
 sentiamus: vt tandè illud magis vrget, quod Hiero-
 nymus hanc doctrinam nostram de perfectione cas-
 titatis, non iam inuolūtè cum expulsionè aliorū af-
 fectuum, sed aperte damnat, & inter errores Orige-
 nis numerat, sic dicens: Doctrina tua Origenis rami-
 sculus est. In eorū palmo, vbi scriptū est: (vt de
 cæteris tacem.) Insuper, & vsq; ad noctem erudie-
 runt mē renes meos; asserit, virum sanctum, cum ad
 virtutum venire summam, ne in nocte quidem
 ea pati, quæ hominū sunt, nec cogitatione vitio-
 rum aliqua titillari.

Abit tamen à nobis, vt aliquid affirmemus,
 quod Catholica Ecclesia, & sancti Doctores slij
 eius, aut nunc improhent, aut aliquando impro-
 baueunt. Nos igitur affectus humanos non pu-
 ramus posse extingui; quos naturæ auctor, vt a
 naturæ integritatem, & bonum statum necessa-
 rios, inseruit; sed scimus eos posse comprimī, &
 ad virtutis moderationem adduci. Neque affe-
 ctus istos contrarios perfectioni ducimus, si de-
 bitam mensuram admittant, immo esse utilissi-
 mos ad perfectionem obtinendam.

Nam (si Deus dederit) in tertio huius operis
 volumine, vbi de studio orationis dicemus, affe-
 ctus, ac passiones nostras, amoris & odij, & cõ-
 tetarum; præcipua esse instrumenta communica-
 tionis cum Deo, non obscurè monstrabimus.
 Non existimamus, in viris perfectis, concupiscen-
 tiæ fomitem tolli, sed minui, & cohiberi. Nec pas-
 sionem carnis extingui profus, sed ligari. Hæc autem
 imminutio, aut compressio non fit naturæ viribus,
 sed potentissimâ gratiæ virtute, quam Deus aliqui-
 bus eximè sanctis, voluit vique ad incredibilem

Aug. 5

1 Cor. 15. 54

Mat. 24. 12.

n. 13. 1. Ioan. 1. 8.

2. Cor. 9. 7.

Gal. 6. 1.

Ps. 25. 2

Iac. 1. 2.

Hiero.

Ps. 115. 7

Cassian. col. 1. c. 11

Sup. li. 2. inproc.

Aug. lib. 14. de ciuit. c. 9.



pacem tribuere, aliis verò etiam eximie sanctis, vt bellando ad præmium peruenirent, voluit denegare. Quis autem est effectus huius abundantissimæ gratiæ castitatis? An vt fomitem radicatus extirpet? Non, sed vt quasi dormientem efficiat. An vt appetitum carnis extinguat? Non, sed vt tacere faciat, & non ad delicias suspirare. An vt à corpore vim satiam auferat? Non, sed vt seipsum effundere, & communicare non libeat. Et sicut leo, cui ad dormiendum cibus aliquis datus esset, leo quidem est dum dormit, & naturalem feritatem leonis habet, sed somno oppressus, nemini nocet, & ad nocendum & dilacerandum hominem non exurgit: sic appetitus carnis in quibusdam iustis, ita ex abundantia gratiæ, & ex magnitudine lucis diuinæ obdormiscit, vt nec ad carnalia sibi voto castitatis vetita tendat, nec carnalia concupiscat, nec ea quidem oculo imaginationis aspiciat. Et hæc dormitio, seu (vt melius loquar) hæc pax carnalis appetitus, est postremus castitatis gradus, à Cassiano & Laurentio Iustiniano, & aliis, expositus, qui affectum quidem & concupiscentiam non auferit, sed sopore quodam suavissimo quasi vincam & religatam tenet. Non facit hominem, cui hoc donum datum est, impassibilem, sed vt secundum lasciuia desideria non mutetur. In quo manifestè magnum apparet discrimen. Sicut enim licet ego nunc possum loqui, non tamen loquor, sed taceo: ita castitate perfectus, bene potest prauam concupiscentiam tentari, & impuis cogitationibus inquietari; at ex dono Dei nec tentatur, nec malâ cogitatione contrahitur. Id autem Hieronymus non damnat, sed iententiam illorum, qui putabant, pacem istam, ex ablatione affectuum, & extinctione fomitis, non vero manente fomite, & stantibus affectibus, ex diuinæ gratiæ abundantia procedere.

Si autem aueas scire, an hæc gratia multis datur, vt neque in vigilia, neque in somno impura cogitatione, aut illicito motu pulsantur: Exilimo, id paucissimis post multos gemitus, instantes orationes, & post multa bella luctusque concedi. Habuit hanc castitatem Beata Virgo, licet altiori modo, in qua peccati fomes penitus fuit extinctus. Habuit, vt diximus, Ioannes Baptista, non per extinctionem fomitis sed modo prædicto. Habuit Ioannes Euangelista. Habuit Thomas Aquinas, & habuerunt alij vtriusque sexus mirè sancti, quibus Deus voluit tantam gratiam donare. Et fortassis habent nunc aliqui, aut in tota hac perfectione, quam exposuimus, aut in aliqua paulo minori, prout secundum mensuram diuinæ gratiæ, & secundum conatum propriæ industiæ, qua gratiæ cooperantur, cuius illorum cõcessum est. Non enim nunc abbreviata est manus Domini, vt saluare nõ possit. Et ego quidem aliqua possem scribere de viris & feminis spiritualibus huius temporis, quorum conscientias adiui, in perfectione castitatis tam hominibus communibus insolita, vt pro miraculo haberentur, aut fortè impossibilia censerentur. Parco autem ne his temporibus tam delicatis quicquam dicatur, in quo lectores magis secundum litteraturam huius sæculi docti, quam experientia spiritus eruditi, hæere possint. Certum igitur sit, quod si vires hominis aut solas, aut communi tantum gratia fultas inspiciamus, illud Cypriani in omnibus reperiemus. Intra nos pudor iste aboleri omnino non potest, quia non totum hoc membrum, sed anterior eius portio iusta est circumcidi. Res sanè maxima est, si non egrediat foras huius contagio corruptelæ,

Cypria.
de circū-
cisione.

A & infans bestia corrupti anhelitus catenis ferreis in vltimis animæ recessibus alligetur, intusque fractis dentibus se ipsam captiuam masticet, & corrodatur. Hæc, inquam, communia sunt; at non deest in promptuariis Dei gratia singularis, qua dilectissimos suos pace vndiquaque vestiat, & puritatis tranquillitate coronat.

At etiam cupies agnoscere, an in mediis turbis hominum possit tam perfecta & tranquilla castitas obtineri? Cassianus enim ad id aliquando contingat, videtur dubitare, & solitudinem tantum incolentibus intendit hoc genus castitatis tribuere. Eius verba sunt: Quem statum dicimus difficillimè posse inter hominum turbas apprehendi: vtrum verò, & hoc possibile sit, vnusquisque non nostra sententia expectet agnoscere, sed conscientie suæ rimetur examine. Sed ex dictis satis constat huius solutio questionis. Nam nec duo Ioannes sanctissimi, nec Paulus, nec reliqui Apostoli, nec

B Franciscus, nec Dominicus, nec Thomas Aquinas, nec multi alij sancti, quos hanc castitatem habuisse credimus, solitudinem incoluerunt, sed inter hominum turbas habitauerunt. Gratiæ quoque Domini huius castitatis origo non est angustis circumscripita limitibus, vt in solitudine hanc castitatem iustus dare possit, & in ciuitate dare non possit. Ac etiam spiritualibus viris pro amore Domini cum hominibus conuersantibus, & feminarum salutem spirituales curantibus, magis necessaria est hæc castitas, quam solitariis longè ab occasionibus vitam agentibus. Nec purandum est, Dominum Ecclesiæ gubernatorem optimam tranquillæ castitatis donum illis minùs indigentibus tribuisse, & istis magis egentibus denegasse. Meritantur igitur hi conuersationem cum hominibus, eamque solum admittant, quam iusta necessitas, & prudens charitas, & proprium institutum, acrocatio, postulauerit, corpus suum doment, sensus comprimant, puritati suæ mentis intendant, & assiduis precibus pro obtinenda purissima castitate diuinam misericordiam pulsent, & solitariis non inuideant. Possunt enim ipsi, quemadmodum & illi, corporis, & mentis puritatem, quam descripsimus, possidere. Non debuit proleto Deus vitam Apostolicam, & animarum salutem vacantium, Apostolicorum vitiorum puritate priuare. Et proum est illi, eos, qui ob proximorum amorem ipsorum consortia non fugiunt, carnis suæ turbellis eximere, vt maiori cum spiritu libertate tenebras peccatorum dispellant, & inter fideles auxilio indigentes luceant. Sunt hi ex his, qui dicebant:

C In carne ambulantes, non secundum carnem militamus. Et ita in corpore viuunt, vt tamen non solum corpori non seruiant, verum & vt nec eius minimas cogitationes pati sustineant. Atque (vt iam huic postremo castitatis gradui finem imponam) eum possedisse videtur Equitius Abbas, de quo Gregorius hæc scribit. Qui, nimirum Equitius, pro suæ magnitudine sanctitatis multorum in eadem provincia monasteriorum pater exiit. Hanc cum iuuentutis suæ tempore acri certamine carnis incontinentia fatigaret, ipsa suæ tentationis angustia eum ad orationis studium solentior fecerunt. Cùmque hæc in re ab omnipotenti Deo remedium continuis precibus quaereret, nocte quadam, absente Angelo, eunuchizari se vidit, cuiusque visione apparuit, quod omnem motum ex genitalibus eius membris abscinderet; atque ex eo tempore ita alienus exiit à tentatione, ac si sexum non haberet in corpore. Qui virtute trecentis ex omnipotentis Dei auxilio, vt viris antè præerat,

Cassia. li.
6. c. 4.

2. Cor. 10
3.

Greg. 1.
di. c. 4.

ita

ita cepit postmodum etiam feminis praesse. Nec tamen discipulos suos admonere cessabat, ne se eius exemplo in hac re facile crederent, & casuri tentaret donum, quod non accepissent. Qui huic Abbati donum tam mirae castitatis attribuit, potens est modo eodem animas sibi fideles, & gratas, abundanter ditare.

De Premio Castitatis quod habet in caelo.

CAPVT XI.

RADVS scae castitatis a nobis descripti sunt, nunc quod sit fastigium huius scae, quodque praemium mundis corde & corpore sit propositum, tractandum est, ne tractationis methodum, quam in his tribus virtutibus assumpsimus, deseramus. Vitos castos eximium praemium copiosissimamque mercedem habituros in caelis, praeter illis, qui castitatem non seruauerunt, liber Sapientiae manifeste significat. Felix, inquit, est spado, qui non operatus est per manus suas iniquitatem, nec cogitauit aduersus Deum nequissima; dabitur illi fidei donum electum, & fors in templo Dei acceptissima. Spado iste, aut eunuchus, non illum significat, qui naturae vitio, aut hominum iniuria talis factus est, sed illum, cuius ardens castitatis studium omnem ab ipsius corde impurae voluptatis concupiscentiam ablegauit. Sicque Hieronymus locum istum intellexit. Vnde sensus est, felix profecto, tuncque quaterque beatus est vir castus, qui nec externo opere impudicitiae corpus suum polluit, nec impura cogitatione secreta sui cordis infecit. Et quare beatus? Quia dabitur ei pro fidelitate sua, quae in Deo nuncupatum impletur, donum quoddam singulare, & fors non quaecumque, sed acceptissima ac sublimissima in caelesti patria, quae non est aliud quam magnificentissimum templum Dei. Eunuchi, aut naturae vitio, aut hominum manibus facti, ab ingressu templi Domini arcebantur. Nam in Deuteronomio inuenimus scriptum: Non intrabit Eunuchus Ecclesiam Domini. At qui non corpore, sed corde, & abiectione voluptatum carnalium, se castrant propter regnum caelorum, in illam primitiuorum Ecclesiam, quae in caelis est, libentissime a Deo & Angelis admittuntur. Sterilitas in lege veteri maledictioni tribuebatur, ideoque in Deuteronomio pro benedictione promittitur: Non erit apud te sterilis vtriusque sexus, tam in hominibus, quam in gregibus tuis. At sterilitas haec spontanea carnalium filiorum, quae fecunditatem filiorum spiritualium infert, non solum benedictio, sed benedictionum cumulus, nempe felicitas, & beatitudo nominatur. Hoc ideo, quia diligentibus & amplectentibus eam, selectissimum praemium in caelo confertur.

Ex his magnificentum quoddam praemium castis paratum habemus; quantum vero ac quale sit hoc praemium, solerter inquiramus. Id ex parte indicauit Dominus per Isaiam, dicens: Non dicat Eunuchus: ecce ego lignum aridum. Quia haec dicit Dominus Eunuchis: Qui custodierint sabbata mea, & elegerint, quae ego volui, & tenuerint foedus meum: dabo eis in domo mea, & in muris meis, locum, & nomen melius a filiis, & filiabus, nomen sempiternum dabo eis, quod non peribit. Eunuchis istis etiam castos significari constant Patrum sententia est. Nam Hieronymus sic ait: Hic Eunuchus regno

A caelorum vim facit, & violenter diripit illud. Ille cultos est sabbatorum, vt numquam faciat opera nutritium. Ille elegit, quae Dominus voluit, vt plus offerat quam praecceptum est, vt non indulgentiam Apostoli eius, sed voluntatem consideret. Ille tenet foedus Domini sempiternum, vt non ad tempus vacet orationi, & iterum ad id ipsum reuertatur, sed accepturum esse se nouerit in domo Domini, quae est Ecclesia eius, locum optimum. Gregorius vero sic: Eunuchi quippe sunt, qui compressis motibus carnis, affectum in se prauis operibus abscindunt. Quo autem apud Patrem loco habeantur, ostenditur, quia in domo patris, videlicet aeterna mansione, filiis praefertur. Audiant, quod per Ioannem dicitur: Hi sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, virgines enim sunt, & sequuntur agnum quocumque ierit. Et qui canticum cantant, quod nemo potest dicere, nisi illa centum quadraginta quatuor millia. Singulariter quippe canticum agno cantare, est cum eo in perpetuum praesentis fidelibus etiam de incorruptione carnis gaudere. Quod tamen electi ceteri canticum audire possunt, licet dicere nequeant: quia per charitatem quidem in illorum celsitudine laeti sunt, quamuis ad eorum praemia non assurgant. At tadem Augustinus sic ait: De quibus autem spadonibus loquitur Deus per Isaiam Prophetam, quibus se dicit daturum in domo sua, & in muro suo locum nominatum, meliorem multo quam filiorum, atque filiarum, nisi de iis, qui se ipsos castrant propter regnum caelorum? Nam illis, quibus ipsum virile membrum debilitatur, vt generare non possint, sicut sunt eunuchi dinitum, & regum, sufficit utique cum Christiani sunt, & Dei praeccepta custodiunt, eo tamen proposito sunt, vt coniuges, si possent, haberent, ceteris in domo Dei coniugatis fidelibus adaequari, qui prolem licite pudicem susceperant in Dei timore nutriunt, docentes filios suos, vt ponant in Deo spem suam, non autem accipere meliorem locum, quam est filiorum atque filiarum. Hi igitur eunuchi, quos alloquitur Dominus, sunt viri casti, & praecipue virgines, qui numquam carnis voluptates experti sunt.

D Casti itaque & virgines ne se ligna arida existimet, eo quod homines terram implentes non generent; nam filios habent, id est, imitatores plurimos, qui urbem caelestem condant, & sedes illas angelis superbis vacuas repleant, sed de hoc statim: nunc in praemium illis in caelo paratum oculos intendamus. Istud praemium non omnibus eunuchis, sed sabbata custodiens, & voluntatem Dei facientibus, & legem eius implentibus promissum est. Non enim sufficit castitatem seruare, aut virginitatem excolere, nisi incorruptioni carnis custodia vniuersae legis accedat. Vel illi eunuchi sabbata custodiunt, qui non solum corpore, sed multo magis mente, castitatem obseruant. Illi eligunt, quae Deus vult, qui cordis tranquillitatem curis huius saeculi praefertunt. Illi tenent foedus Domini, qui a sanctissimis eius mandatis non discedunt. Vnde Basiliscus ait: Non ergo his, qui casu aliquo simpliciter eunuchi sunt, huiusmodi promissio fit; sed qui custodiunt, inquit, sabbata mea, & eligunt, quae ego volo. Sabbatum vero non in opere, sed in operis cessatione intelligitur. Vult itaque sabbatizare virginem, vt ne virginitate operando custodiat, sed absque motu operis integritatem inuiolabilem seruet. Quasi Dei simulachrum, inquit, ex anima & corpore virgo in terra formata est. Mystice ergo sabbatizet, non pedem, non manum, non oculum, non aliud quodlibet membrorum, sed ne animum quidem ad corruptendam naturalem pulchritudinem moueat, sed persistat,

E

Greg. 3. P. Passoral. c. 29.

Apocal. 14. 14.

Aug. lib de vera virginitate c. 14. 10. 5.

Basil. li. de virg.

Sapient. 3. 14.

Hierony. ad Iser. c. 56.

Deuter. 23. 1.

Deutero. 7. 14.

Isaia 56. 3-4-5.

Hierony. supra.

vt præclara diuina maiestatis effigies solida atq; im-
 mobilis ad omnem imaginem, ad omnem tactum,
 semper ac iugiter stans in petra, ne quis siue per ocu-
 los, siue per aures, siue per alium quemlibet sensum
 subreptus, aut animæ in ditas moueat figuras Dei,
 aut confusus primitiuis formis, suas ipsi pellimæ ac li-
 censeet in seculat: sicq; corrupta, & obliterata animæ
 specie, corpus iam luteum ac materiale, per illicitos
 tactus, vbique probis & maculis repleat. Stet igitur
 immobile, stet fixum ac solidum simulacrū Domini,
 perpetuò sabbatizās, vt neq; sui ipsius vitio mo-
 tum vlsiam nutet, aut in ipso motu, dum fortè tur-
 barat, aliquid naturalium lineamentorum collidat,
 ac visilet, neque ab externā manu agitarum furto
 florem naturalis decoris amittat. Hæc ille.] Sunt er-
 go casti, & virgines, qui putant satis actum esse si
 corporis incorruptionem nō amittant: Sunt alij, qui
 contenti sunt, si cum incorruptione carnis, munda-
 diciam quoq; mentis teneant, non tamen alia præ-
 cepta custodiant. Et his solū dicimus, vt in omni-
 bus fideles sint Domino, ne castitatis præmio frau-
 dentur. At sunt alij, qui & castitatem amplectun-
 tur, & in reliquis etiam se Domini voluntati subici-
 unt. His autem ingens merces hoc loco descripta
 promittitur.

lab. 56. 4.

Dabo, inquit, in domo mea, & in muris meis lo-
 cum, & nomen melius à filiis, & filiabus.] Qui sunt
 filij, & que sunt filia: Filij sunt Angeli, in domo æter-
 ni Patris à suæ conditionis exordio more filiorum
 habitantes, & eius aspectu, & bonis perfuantes.
 Filia sunt, animæ iuste præcepta quidem seruantes,
 sed velut infirmæ consilia non custodientes, & ad
 altitudinem puritatis non anhelantes. Casti itaque
 & virgines, locum habent altiozem, & nomen præ-
 stantius, quàm Angeli, & animæ imperfectiores, in
 domo, & in muris Domini, quibus nominibus mu-
 nitissima ciuitas in cælis adificata significata est.
 Vel in domo, & in muris Domini, id est, in oculis,
 vel in manifesto habent altiozem locum, & no-
 men præstantius, quia vbicunque fuerint, cæteris
 præferentur. Darat illis locus altior, & eminentior,
 quia gloriores de hoste obrenta victoria, & diffi-
 ciliora opera, digniorem sedem exigunt. Angeli, si-
 ne contradictione carnis, incorruptionem possidēt,
 at homines casti, non sine magno certamine, & im-
 portunā luctā mentis, & carnis, obtinent purita-
 tem. Ergo si in hoc solū collatio fiat, cæteraquæ
 essent paria, nō dubium quin hi essent loci dignitate
 Angelis præferendi. Quamobrè à Ioanne prope ag-
 nū per reuelationem viū sunt. Vidi, inquit, & ecce
 agnus stabat supra montem Sion, & cum eo centū
 quadraginta quatuor milia, habentes nomen eius, &
 nomen patris eius scriptū in frōtibus suis.] Hos nāq;
 virgines esse textus facer statim manifestat, dicens: Hi
 sunt, qui cum mulieribus non sunt coinquinati, vir-
 gines enim sunt, & sequuntur agnum quocumq; ie-
 rit.] Attende igitur ampliozem virginum dignitatē,
 & locū. Alij enim prædestinati dicuntur esse in mon-
 te Sion. Vnde Isaias ait: Faciet Dominus exercituum
 omnibus populis in monte hoc cœuium pinguiū,
 conuiuium vindemiæ.] Virgines videtur supra mō-
 tem. Vt sicut caput virginum [ascendit super omnes
 cælos, vt impleret omnia;] ita & ipse cœtus virginū
 supra montem Sion, aut supra cœlestem globum ef-
 se dicatur, vt hæc locutio propinquitatem eorum ad
 agnum, & altissimam virginitatis dignitatem, ostē-
 dat. Est quoque pars huius loci, & dignitatis, quod
 habent nomen agni, & nomen patris eius scriptū in
 frontibus suis. Nam quid, quæso, est, nomen
 Christi, & nomen patris in frontibus gestatē, nisi

Apo. 14.

Ibid. n. 4.

I. a. 2. 6

Ephes. 4.

10.

A | puritate ac mundiciā, quæ proprietates diuinæ na-
 ture est, similes filio & patri cognosci? Habent vir-
 gines spiritum Christi, spiritum potentem, spiritum
 illum, de quo dixit Isaias: Spiritu labiorum suorum
 interficiet impium:] spiritum, quem postulat
 Dauid: Et spiritu principali confirma me.] Hoc spi-
 ritu roborantur, vt carnis delicias spernant: hoc in-
 sultus impij, nempe diaboli, in se ipsis interficiunt:
 hoc se reges, & principes, ac filios summi regis o-
 stendunt. Hoc autem est, nomen eius, & nomen pa-
 tris eius in fronte præferre.

Isaia 11. 4. Psal. 50. 14.

Ad hanc dignitatem denique spectat, quod vir-
 gines sequuntur agnum quocumque ierit. Quare?
 Quia agnus virginibus delectatur, & à suo latere (vt
 ita dicam) non permittit illos discedere. Sunt enim
 quasi dilectiores famuli, qui semper & vbique regē
 incedentem circumsepunt. Vel sequuntur agnum
 quocumque ierit; quia si sequi est imitari, Chri-
 stum, quocumque ierit, sequuntur, quia illum in
 omnibus virtutibus imitantur. Quod non virgines
 facere non valent, quia post semel amissam virgi-
 nitatem ad eam redire non prævalent. Sed hæc ex-
 timiam virginum excellentiam ex Augustini verbis
 intelligamus. Ille sic ait: Quod ire putamus hæc
 agnum, quod nemo eam sequi vel audeat, vel va-
 leat, nisi vos? Quod putamus eum ire? In quos
 saltus, & præta? Vbi credo sunt grandia gaudia,
 non gaudia seculi huius vana; insania mendaces,
 nec gaudia qualia in ipso regno Dei cæteris
 non virginibus erant, sed à cæterorum omnium
 gaudiorum sorte distincta. Gaudium virginum
 Christi, de Christo, in Christo, cum Christo, post
 Christum, per Christum, propter Christum. Gau-
 dia propria virginum Christi, non sunt eadem non
 virginum, quamuis Christi. Nam sunt alia alia,
 sed nullis talia. Ite in hac, sequimini agnum, quia
 & agni caro vtiq; virgo. Hoc enim in se retinuit
 auctus, quod matri non abstulit conceptus, & natus.
 Merito eum sequimini virginitate cordis, & carnis,
 quocumque ierit. Quid est eum sequi, nisi imitari?

Aug.

C | [Quia Christus pro nobis passus est, relinquens no-
 bis exemplum, sicut ait Apostolus Petrus vt sequa-
 mur vestigia eius.] Hunc in eo quisque sequitur, in
 quo imitatur, non in quantum ille filius Dei est vnus
 per quem facta sunt omnia: sed in quantum filius
 hominis, quæ oportebat in se præbuit imitanda,
 & multa in illo ad imitandum omnibus proponun-
 tur; virginitas autem carnis nō omnibus: non enim
 habent quid faciant, vt virgines sint, in quibus iam
 factum est, vt virgines non sint. Sequuntur itaque
 agnum cæteri fideles, qui virginitatem corporis
 amiserunt, non quocumque ille ierit, sed quo-
 usque ipsi potuerint. Possunt autem vbique præ-
 ter eum in decore virginitatis incedit.] Et post
 patrica: Sed ecce ille agnus graditur iungere virgi-
 nali, quomodo post eum ibunt, qui hoc ami-
 serunt, quod nullo modo recipiunt? Vos ergo,
 vos ite post eum virgines eius; vos & illuc ite
 post eum, quia propter hoc bonum vnum quo-
 cumque ierit, sequimini eum; ad quodlibet enim
 aliud sanctitatis donum, quo eum sequantur, hor-
 tari possimus coniugatos; præter hoc, quod
 irreparabiliter amiserunt. Huc vtiq; ille.] Sancti
 itaque non virgines sequuntur agnum quocum-
 que potuerint, quia per iter virginitatis eum se-
 qui non possunt. At sancti virgines sequuntur
 quocumque ierit, quia quocumque virtutis iter
 tamquam expediti & exonerati ingredi possunt.
 Annē possunt ingredi iter martyrij, si ad marty-
 rium non vocentur? Et quidem, quoniam virgini-

1. Petri. 2.

D |

E |

cas

tas quoddam martyrij genus est. An possant ingredi iter doctrinae, si ad docendum verbo non eligantur? Et sane, quoniam perpetua virginitas vox quadam efficax praedicans fidem est. Quia nemo virginitatem ritè profiteretur in Ecclesia Dei, nisi bona à fide proposita firmissimâ expectatione respiceret. Vel tandem sequuntur agnum quocumque ierit, quoniam vt in libro, Hieronymi titulo, praenotato, scribitur, nullus eis locus in illâ caelesti aula clauditur, sed cuncta eis diuinarum mansionum habitacula referantur. Hic igitur est locus, hæc est dignitas virginum, cui dignitas continentium proximè accedit. Nam longam castitatem seruate, & post expertas carnis voluptates virginum puritatem amulari, adeò perfectum est, & sublimè, vt meritò, qui hoc faciunt, non castos, licèt cum penitentiâ, aut in statu coniugali decedentes, praecedant, & locum illis proximum, qui virginitatem seruaerunt, obtineant.

Hic est locus melior. At quod est nomen melius à filiis, & filiabus, quod virginibus datum est? An est nomen angeli, quia nimirum reliqui iusti homines vocantur, sed virgines iam non homines, sed angeli appellati sunt? Certè eos angelos appellari iam diximus. Quod Basilius etiam affirmat his verbis: Et hi profectò, qui continentiam seruant, Angeli sunt, qui viuentes in carne corruptibili mortalium vitam illustrando tuentur. Sunt autem angeli non ex infimo quouis ordine, sed certè illustrissimi ac nobilissimi. Illi enim carnis nexibus liberi integritatem suam in caelis seruant, & loco, & naturâ intiotabiles, & apud summum regem omnium Deum constituti. At verò illi in terrâ carnis illecebris, & voluptatibus diu relucantes, ac diaboli tentamenta perpetuâ exercitatione vincentes, in corruptionem angelicæ puritatis parè, virtute præcipuâ ante creatoris oculos custodierunt. Cõsentit & Gregorius Nazianzenus, sic scribens: Videtis rei huius præstantiam, atque sublimitatem: propemodum enim talis reperitur, vt concipit comprehendique prorsus nequeat. An non enim præstantius est, quam pro carnis fragilitate, id, quod ex carne creatum sit, in carnem non gignere? An non planè angelicum, eam, quæ carnis vinculis alligata sit, non secundum carnem viuere, sed naturâ excellentiorem esse? Caro cum mundo deianxit, sed ratio ad Deum subuexit. Caro depreffit, sed ratio extulit, eque velut pennas addidit. Caro vinculis astrinxit, sed amor soluit. Ac tandem Chrysofomus, cuius hæc est oratio: Quare differebant ab angelis Elias, Eliseus, Ioannes, vere amatores integritatis? Nulla re, nisi quòd mortali naturâ constabant. Nam de cætero si quis diligenter inquirat, hi nihilo aliter affecti reperientur, quam beati illi spiritus, & id ipsum, quo inferiore videntur esse conditione, in magnâ est eorum laude ponendum. Vt enim terrarum incolæ, & ij, qui essent mortali naturâ, possent ad illam virtutem vi & studio peruenire, vide quanta eos fortitudine, quâta vitæ ratione præditos fuisse oporteat. Hæc illi. Nomen hoc certè est melius ab eo, quod hominibus aliis datum est, qui angeli non sunt appellati; at non est nomen melius à filiis & filiabus, si filiorum nomine Angelos intelligimus. Nisi fortè hoc nomen applicatum ad homines melius sit, quoniam in carne carnis delicias nescire, mirabile est. Sed aliud nomen, vt credo, hoc loco virginibus promittitur, quòd Angeli appellationi præfertur. Illud autem, vt nobis quidem videtur, est nomen sponsæ. Nam magnum est animam esse amicam Dei; maius, esse filiam Dei; maximû verò, esse sponsam Dei. Hoc est nomen virginis, quæ sponsa Christi vocata est;

Basilius, lib. de virginitate.

Nazianzenus, homil. in Martha. Cùm mensumisset Iesus.

Chrysofomus, de virgin. c. 79.

A quia prerogatiua puritatis eam fecit tali nomine dignam. De summo enim sacerdote in veteri lege scriptum erat. Virginem ducet uxorem. Ille autem typus erat Christi, qui ecclesiam virginem immaculatam, vt ait Beda, sibi in sponsam adunxit. Hæc autem summus sacerdos, nos non solum Ecclesiam in sponsam habet, sed & adolescentulas, id est, animas castitate integerrimas, in sponsas admittit. De illòq; in Canticis scribitur: Sexaginta sunt reginae, id est, quæ suæ carnis motibus imperant, & octoginta concubinae: nimirum uxores secundariæ, quæ non tantâ strenuitate puritatem colunt, licèt eam non amittant: & adolescentularum non est numerus, Icarum scilicet, quæ propositum puritatis inceperunt, nõdum tamen ab initio longè sunt factæ. At vna est columba mea, vna perfecta mea, vna est matri suæ; electa genitrici suæ. Hæc verò est Ecclesia. Quia, vt inquit Gregorius, multi fideles dum in id ipsum intendunt, dum vno desiderio Christi se inuicè nutriunt; dum habentes cor vnum & animam vnam, in charitate se vniunt, ex multis membris vnum corpus efficiunt, Omnesque in vnitatis simplicitate & vnitatis vitentibus, vna columba existunt.]

Lami. 21. 13. Beda. ibi.

Cantic. 6. 7. 8.

Greg. ibi.

Habet igitur ille sponsam, & sponsas, sponsam præcipuam, & planè reginam supremâ, nimirum Ecclesiam, & sponsas minores, non tamen parum dilectas, scilicet integerrimas virgines, & eas animas, quæ carnis spurcicias ablegarunt. Quarum aliquam videtur allocutus Ambrosius, cùm sic scribit: Absint igitur decolora mentis velamina, quæ displicent sponso. Displicet enim ei, qui vestem non habuerit nuptialem. Sponso autem quid potest placere, nisi pax animi, puritas cordis, charitas mentis? Bonus sponsus Dominus Iesus; hic nouo partu naturam nostram inuitauit, huic desponsata corruptelis carnis ab soluitur. Non filios mortales requirit, nõ Enæ delectatur doloribus: non virum obnoxium culpe requirit, non hereditatem condemnati patris. Vidit enim carnis vlcera, quam antea concupiscebat; aduertit non esse pulchritudinem veram, quæ vitiorum habeat deformitatem. Et ideo quid tibi cum tali sponso femina? Requite diligenter, & in omni corpore inuenies citricem. Cognoce alium magis sponsum, qui circumdatur luce, cuius species non potest interire.

Ambrosius, lib. 5. in Lucam. 6.

D Hunc tolle in animum tuum, consecra in templo tuo: tolle in corpore tuo, sicut scriptum est: Tolle Dominum in corpore vestro. Huius thalamos ingredere nouos; huius spectato peregrinum decorè, hunc indue. Hunc vide ad dexteram patris, & gaude quia talem habes sponsum: hic te vestiet benedictione, ne qua noceat scissura peccati. Sic ille. Licèt autem virgines hoc sponsæ nomine dignæ censentur, tamen etiam animæ castæ, quamuis aliquando corporis integritate amiserint, proportionè quadam eodem nomine dignæ censentur. Sponsus enim Christus, etsi purissimus sit, at non exhorret in sponsam accipere eam animam; quæ aliquando carnis voluptatibus subiacuit; si iam, eâ reiectâ, debitam puritatem diligit. Cui dictum etiam intelligimus illud Ieremias: Tu fornicata es cum amatoibus multis; tamen reuertere ad me, dicit Dominus, & ego suscipiam te.]

1. Cor. 6. 20.

Ierem. 3. 1.

E Hic igitur locus melior, & hoc nomen præstantius significant excellentiorem gloriæ gradum, quæ animæ castæ præ non castis habebunt in caelo. Habebunt illæ maiorem gloriam, quam essentialem vocant, si cætera paria sunt, aut non habeat aliquid coniugatus (vt martyrium, vel quid aliud magnum, & arduum) quod castitati præponderet. Quoniam maius obsequium, maius etiam præmium exigit, & triumphum

ampliores, victoria de hostibus gloriosior. Manifestum est autem, castos, si cum non castis conferatur, difficilius & gratius obsequium obtulisse, & gloriosiores victoriam de carne hoste acerbissimo reportasse. Scriptum est: Quantum glorificauit se, & in deliciis fuit, tantum date illi tormentum, & luctum. Ergo quantum quis afflixit se, & in tristitia fuit, tantum accipiet exultationis, & gaudij. Casti autem magis se cohibent, & diligentius carnem affligunt; maiori ergo in aternis mansionibus letitia perfuerunt. Dabitur etiam animabus castis maior gloria, quam in scholis vocant accidentalem. Nam virginibus dabitur virginitatis laureola, quae non est aliud quam singulare gaudiū in animā ex victoria de voluptatibus obtenta, & de carne superata, lux etiam quaedam pulcherrima, aut aliud quid simile ignotum nobis in corpore virginis, quod illas illustres de carne victorias, tamquam signum puritatis ostendat. Casti autem, sed non virgines, licet aureolam non obtinebunt, tamen non dubium est, quin magno gaudio cumulantur propter castitatem seruata. Quod tamen ideo nomen aureolae, aut laureolae non habet, quia ad illam singularissimam virginum victoriam non accedit. Aureolae namque apud Theologos ea praemia accidentalia designant, quae praecipuis victoriis deputantur. Quales sunt, quos Virgines, & Martyres, & Doctores, de carne, & mundo, & de diabolo obtinent. Casti igitur, & continentes, praemium cumulatissimum in caelo recipient, sed illi praecipue, qui castitatem, aut virginitatem suam Deo suo perpetuo voto nuncuparunt. Hoc enim votum magnam religionis perfectionem castitati adijcit, & mentis castae firmitatem ostendit, & corpus ac mentem, vt immaculatam holocaustum, igne amoris accessum numini diuinae maiestatis offert. Votum castitatis est quasi emblemata, quod auro castitatis impositum facit illud pulchrius atque pretiosius. Quare castitas firmata voto sicut est libera castitate perfectior, ita est in conspectu Domini gratior, & in aula regis caelestis ampliori praemio apparebit ornatio.

*De Praemio Castitatis quod habet
in terra.*

CAPVT XII.

CASTITAS multiplex praemium habet in terra; nam carnis metusque mundicia, vt supra dictum est, intellectui seruit, vt terrestria & caelestia cognoscat: voluntati, vt a voluptatum nexibus libera, in id, quod rectum est, suos ferat affectus: & corpori, vt vita longiorem, robustiorem, iucundiorēque possideat: At vnus tantum praemij mentionem faciemus, nempe honoris eximij, quo castitatem omnis Ecclesia prosequitur. Cerrum est autem, virtutem hanc pulcherrimam, ac praestantissimam semper apud Ecclesiae filios in magno pretio fuisse habitam, eisque illos primas in omni aetate partes detulisse. Quod enim per se melius est, & rarius, & sublimius, pretiosius etiam est, & maiorem habenti honorem conciliat. Castitas vero melior est coniugio (absurdum enim esset eam cum luxuriae immundicia conferre) & rarior, quia comparatione eorum, qui carnis deliciis se tradunt, pauci sunt, qui castitatem profiteantur: & sublimior, quia non respicit multiplicationem corruptibilium corporum, sed virtutis & sanctitatis augmentum. Ergo pro mensura suae dignitatis accipiet apud omnes

A honorem. Merito autem nonnulli continentium honorem eliciunt ex illo elogio, quod Ioannes in Apocalypsi virginibus tribuit. Iam quippe diximus virgines signatos esse illis centum quadraginta quatuor millibus stantibus cum agno supra montem Sion. De illis autem quid subiungit: [Et audiui vocem de caelo, tamquam vocem aquarum multarum, & tamquam vocem tonitruum magni, & vocem, quam audiui, sicut citharcedorum citharizantium in citharis suis.] Vocem virginum sonitui aquarum impetu decurrentium, & sonitui tonitruum, & harmoniae citharae comparauit, quae omnia timorem & stuporem incutiunt. Vox continentium, vita continentium est. Nam si Moyses desiderio clamabat, & audit dicentem Dominum: [Quid clamas ad me?] Et Franciscus tacens, & vicos, ac plateas ciuitatis inambulans, solo incessu praedicabat, quid mirum si casti vitae puritate clamet, & voluptatum fopore oppressos conuersatione sua tamquam voce ad imitandum exsuscitent? Haec igitur vox illorum est sicut vox aquarum multarum: nam sicut flumē, quod in hac America Paranam vocamus, & est (vt creditur) omnium fluminum totius orbis maximum, impetu aquarum ingere, quo aluae saxa colliduntur, magnum sonum edit, qui ad multas leucas auditur: ita & mundissimam conuersationem castorum longe positi cum stupore audiunt, & non sine magna veneratione suscipiunt. Vis contemplari animam castam longe ab hominibus distat? Audi ergo quid scriptura de sancta Iudith asserat. Et in superioribus domus suae fecit sibi secretum cubiculum, in quo cum puellis suis clausa morabatur. Quantum, bone Deus, ab hominum consortio distabat, quae non solum verbum, sed nec aspectum illis concedebat! At huius vita abscondita, quia munda, sicut sonitus aquarum multarum apud absentes valide resonabat. Erat enim in omnibus famosissima: neque erat, qui loqueretur de illa verbum malum.] id est, verbum, quod eius castitatem alicuius vel minimae labis notaret. Hoc, scilicet non dici de illa verbum malum, fecit vitam eius mundissimam, verbum bonum quod cum admiratione omnes audirent, & cuius causa illam summis honoribus afficerent.

D Est etiam vita continentium quasi vox tonitruum magni. Nam tonitruum sonus est ex nubis ruptione procedens: & ita castitas ex nube exiit, quia ex filio Dei ad nos per humanitatem veniente processit. Christus enim est nubes illa, de qua Iesaias ait: Ecce Dominus ascendet super nubem leuem;] ex eo mirum, quod verbum humanitatem assumpsit. Nubecula haec humilitate paruula praestituto tempore apparuit, vt pluiam gratiarum abundantissimam plueret, & in cruce, vulneribus manuum, & pedum, & lateris, rupta cum fragore tonaret. Ex ea nube tonitruum castitatis egressum est, quoniam Christus ex Virgine nasci voluit, mundiciam virginitatis in se ipso consecrauit, & homines castitatem edocuit. Vnde Ambrosius de virginitate loquens: E caelo, ait, accessit, quod imitaretur in terris, nec immerito viuendi sibi vltim quae sit de caelo, quae sponsum sibi inuenit in caelo. Et post pauca: Quis neget hanc vitam fluxisse de caelo, quam non facile inuenimus in terris, nisi postquam Deus in hac terreni corporis membra descendit: Et Nazianzenus. Olim cum lex erat, & vmbrae, ceremoniarumque, temporariae, tum primatum habebant nuptiae tamquam adhuc infantes: postquam vero emigravit littera, subducta quoque, est spiritus, & Christus cum processisset ex Virgine, in carne passus est, tunc effudit castimonia.] Est itaque castitas sonitus, ac tonitruum huius nubis, quam qui

audit,

Apocal.
14.2.

Exod. 14.
17.

Iudith. 8.
5.

Ibidem.
8.2.

Ibidem.
1.

Ambrosius.
de virginitate.

Nazianzenus.
exhortat.
ad virgines.

audit, timore cōcutitur. Habemus huius rei in Actibus Apoitolorum clarissimum testimonium. Nam disputante Paulo de iustitia, & castitate, & de iudicio futuro, tremefactus Felix, & respondit: Quod nunc attinet, vade, tempore autem opportuno accersam te.] Quodnam fuit tonitruum scilicet exterrrens, nisi sermo exhortatorius ad castitatem? Ille enim qui Drusillam, pulcherrimam mulierem & alteri nuptam, à viro eius separauerat, & per iniuriam obtinuerat, non potuit non ad castitatis memoriam & stupere, & ad diuini iudicij in libidinosos parati seueritatem trepidare. Quin & illud eiusdem facti historici, quod alibi de Apostolis ait, ad hoc idem referri potest: [Ceterorum autem nemo audebat se coniungere illis, sed magnificabat eos populus. Videbant enim infideles, in Apostolis, atque in eius seclatoribus, candorem puritatis præcipuum, quo exteritii indignos se eorum conuersatione ducebant, atque ipsorum confortia fugitabant. Voluerunt illos laudare pulchritudine virtutis fidelium illecti, quos amore carnis & sanguinis victi non vulerunt imitari. Ad rem etiam facit, quod eligens Dominus [Iacobum Zebedæi; & Ioannem fratrem Iacobi] purissimos virgines; [imposuit eis nomina Boanerges, quod est, filij tonitruui.] Quam ob causam filij tonitruui appellati sūt: Certè quia inter Apostolos fuerunt ardentissimi Euangelij præcones, & quia eorum vita purissima, & Angelorum vitæ simillima homines ad timorem & admirationem prouocabat.

Est quoque cælibū conuersatio pura, & sonitus citharæ à peritissimo citharædo pulsata, qui & aures demulcet, & ipsi citharædo honorem eximium affert. Sed hæc quasi per partes dicamus. Quænam est citharæ? Est corpus virginis, seu casti. De qua regius vates ait: Confitebor tibi in cithara, Deus, Deus meus.] Ad cuius sonum edendum iustos alibi exhortatur, dicens: Confitemini Domino in cithara, in psalterio decem chordarum psallite illi.] Et Rupertus: Citharæ, inquit, instrumenta laudum, peccata sunt fidelia, castaque corpora, cum plectro linguæ Dei laudes personantia.] Et quare citharæ? Quia citharæ ex multis variisque chordis cōposita, & apud temperata, ex inferiori parte pulsatur: & corpus ex variis membris ordinatè dispositis coagmentatum, mortificatione discreta, quasi sonorum & harmonicum redditur. Quid ait Paulus? Sicut exhibuistis, inquit, membra vestra seruire iniquitati ad iniquitatem; ita exhibete membra vestra seruire iustitiæ in sanctificationem.] Ecce chordas citharæ, membra nostra aptè temperata, quæ dum omnia virtuti seruiunt, suavissimum Deo sonum edunt. Siccat enim chorda, inquit Gregorius, vt congruum in cithara cantum edat, quia sancti viri castigant corpus suum, vt seruituti subiciant. Et quis citharæ dus? Est vir castus atque pudicus. Sic enim hoc loco vocat eum Ioannes, & merito, quoniam vt Deo in oratione laudes canat, & quasi dulci sono oblectet, citharam sui corporis puritate & mortificatione temperat. Et quæ est citharizatio? Est diligentissima castitatis custodia. Hæc enim dulcissime Deo resonat, & citharædo, scilicet homini, magnum honorem conciliat. Deo quidem sita uiter sonat, quoniam ille, cum puritas summa sit, nihil gratius habet quam hominem mundiciam corporis mentisque seruantem, & ex ea ad eius amorem assurgentem. Honorem autem coram aliis homini conciliat, quia reliqui eum honore afficiunt, quem naturæ victorem, carnis suæ expugnatorem, & Angelorum imitorem agnoscunt. Profecit si quo homo similior, & propinquior est regi, eo,

A maiori honore dignus ceteris: homo castus, & præcipue virgo, honore dignissimus censendus est, qui Deo quam simillimus inuenitur. Deus namque purissimus est, quem ob eximiam puritatem Gregorius Nazianzenus virginem ausus est appellare. Nam inquit:

*Prima Trias virgo est, siquidem patre natus anarcho
Filius est, nec enim pater ortum traxit ab illo,
Vt pote principium rerum, & vitalis origo,
More nec humano generauit sanguine natum.*

Nazian.

B Virgo quidem, non quia corpus in sua deitate habeat, quod corruptioni subiicere potuerit, sed quia purissimus & mundissimus est, & omnis puritatis initium. Qui ergo perpetuam corporis ac mentis puritatem custodiuit, & in sua etiam mensura, qui puram castitatem seruaui, Dei in se magnam similitudinem habet. Vnde à Cypriano virginitas appellatur Dei imago respondens ad sanctimoniam Domini. Et Basilius: Magnum quiddam est virginitas incorruptibili Deo hominem similem faciens. Quis ergo hunc non maximo honore prosequetur? Quis non illum vt dignum eximia reuerentia suspiciet? Certè castitas nescio quam grauitatem homini præbet in facie, & in verbis, & in motibus elucet, propter quam debet ab omnibus honorari. Idque indicant verba Pauli ad Titum scribentis: In omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate. Integritas incorruptionem castitatis significat, secundum Anselmum, & alios: post eam verò meminit grauitatis, quia castitas homines maturos & graues facit, talisque, vt ipso aspectu, & pudicitia opinione sint omnibus honorabiles.

Cypria. lib. de discip. & in vita virg. g. m. Basil. lib. de virg.

C Hinc fit, vt qui in Ecclesia castitatem profitentur, priuilegiis & honoribus dignissimi censentur. Et sicut qui in hoc statu castitatem, quam lege tenet, actione non seruat, est in corde & ore cunctorum fidelium vilissimus: ita qui illam perfecte custodit, apud vniuersos existit honorabilissimus. Cui multa alia dissimulantur, si in hac tam delicata, & tam supra imbecillitatem humanam, irreprehensibilis inuenitur. Nec solam in Ecclesia castitatis decorem agnoscente, verum & apud gætes, innumeris obscenitatibus deditas, castitas in pretio fuit. Tanta enim est eius dignitas, vt, natura ipsa poscente, à suis hostibus diligatur, & honoretur. Virgines certè apud Romanos, vt Suetonius ait, in teatro dignissimum locum habebant è regione Prætoris, & magnum honor Augustæ tribuebatur, auctore Tacito, si inter virgines Vestales consideret. Illis datum est, inquit Plutarchus, vt viuo patre possent testamentum condere, & ac si essent trium liberorum matres, cætera negotia gerere. Si domo exibant, cum fascibus more gubernatorum deducebantur, si casti in quemquam incidebant, qui ad mortem duceretur, liber ob virginis honorem relinquebatur. Si quis occurreret feretro vectus, aut viâ, cedebat, hæc tamquam virginis contemptor moreretur. Quid quod virginitatem quasi Dei consiliatricem existimabant, & quid diuinum eam esse dicebant? In cuius confirmationem Hieronymus de Sibyllis agens, hæc ait: Vario decem Sibyllas esse aurtum, quarum insigne virginitas est, & virginis præmium diuinatio. Quod si Eolici genere sermonis Sibylla θεολογία appellatur, rectè consilium Dei sola scribitur nosse virginitas. Certè Romanus populus quanto honore virgines semper habuerit, hinc apparet; quod Consules, & Imperatores, & in curibus triumphantes, qui de

Ad Tit. 2. 7. Ansel. ib.

Sueton. in August. c. 44. Tacit. lib. 4. Annal. Plutarch. in Numa.

Hieron. 1. contra Iovinianum.

supera

Act. 24. 14.

Act. 5. 13.

Marci. 3. 17.

Pf. 42. 4. Pf. 32. 12. Ruper. ad Apocal. c. 5.

Rom. 6. 19.

Greg. 20. mor. c. 31.

superatis gentibus trophæa referabant, & omnis dignitatis gradus, eis de viâ cedere solitus sit, nec mirû hoc de hominibus, cum Mineruam quoque, & Dianam, virgines deas finxerit error gentilium, & inter duodecim signa cœli, quibus mundum volui putat, virginem collocarint magnâ iniuriâ nuptiarum, vt ne inter Scorpios quidem, & Centauros, & Cancros, & Pisces, & Egocerotas vxorem maritumque contrulerint. Hæc Hieronymus paucis omittis.] Non potuit profectò delusa gentilitas, licet in hoc sapiens existimanda, ampliùs castitatem honore prosequi, quàm vt virgines triumphatori præponeret; damnatum ad mortem, ob virginis occursum liberaret; virginitatemque quasi diuinarum sedium asfilitricem, & cœli habitatricem duceret.

Nec solum Romanis, verum & barbaris gentibus fuit in magno pretio, & honore virginitas. Cuius rei (vt vetera omitam) nouam & illustrem proponam historiam. Nobilissimum est in hac America regnum Chilense, licet bellicosorum incolarum robore, & (vt verius loquar) iudicij diuini seueritate, à nostris non satis edomitum. Huius fuit vrbis vna, nomine Osornus, ab indigenis cum nostris bellum gerentibus populata. Viris ergo ac mulieribus Hispanis se se in quoddam propugnaculum recipientibus, Virgines quadam sanctimoniales Diuæ Claræ in eadem vrbe commorantes in eo propugnaculo vitæ tuendæ causâ receptæ sunt. Cum autem incredibili fame premerentur, vna earû, cuius nomen scire non potui, sola extra munitionem egressa, vt herbas ad cibum colligeret, à barbaris capta, & in potestatem cuiusdam illorum tradita est. Hic acceptam virginem eam vxorem ducere (plures enim illi vxores habent) & violare disposuit. Nam & alij barbari plurimas fœminas Hispanicas hoc extremo bello captas, ô Hispaniæ dedecus! vxores duxerunt, & ex eis filios susceperunt, & à patriis viuendi moribus auocarunt. Sanctimonialis ergo illa cum heri sui animum ex signis & verbis agnosceret, robur virile induens, in hunc fere modum illum est alloquuta: Ego virgo sum vna ex sponsis Iesu Christi, illi in cœnobio consecrata, quod & habitus, quem gesto, & hic anulus, quem digito defero, meæ, cum Christo dispensationis insigne, apertè demonstrant. Non licet mihi carnis delicias experiri, nec viro nubere, ac per hoc sponso meo filio Dei iniuriam irrogare. Si verò tu me constuprare volueris, vide ne aduersum te indignationem summi Dei prouoces, & ausu temerario pro nouâ vxore mortem mereris. Barbarus, his auditis, obstupuit, & virginitatem, & filij Dei sacrum connubium, quod numquam audierat, admiratus, pulchram fœminam, & omni ope humanâ destitutam, at diuinâ virtute protectam, attingere noluit. Quid dico attingere noluit? Certè tantam eam est veneratione profecutus, ac si numen aliquod cœleste oculis vidisset, ac si sponsæ Dei (vt illa verè erat) de hospicio commodasset. Quin & pollicitus est numquam se illi iniuriam illaturum, neque à quoquam inferri permissurum. Adiecitque interrogare quid illi opus esset, vt diuino cultui, quantum illa captiuitas ferret, deesse non posset. Tunc illa animosior facta, rogauit illum vt sibi scapulare aliquod, & breuiarium ad horas canonicas recitandas quæreret. illèque ancillæ suæ obediens abiit, & inter spolia Christianorum ab alijs barbaris asseruata, ram insigne illud monachæ, quàm breuiarium inueniens, attulit, illique dedit. Hortabatur illam subinde vt sponsi sui obsequio vacaret, vt propria status sui præstaret, vt Deo suo illius salutem commendaret, & vt nihil omnino, quod ad ministeria

A domus pertineret, attingeret. Si verò aliquando illa vxoribus, aut ancillis barbari se admittere tentaret, vt cibos pararet, aut pannos eluceret, aut quid simile faceret, ille penitus non ferebat, sed & blandè illam increpabat, dicens non decere sponfam Christi talibus ministerijs occupari, potius cunctos debere illi tamquam dominæ, & heræ seruire. Monialis hæc toto anno, & eo ampliùs apud infidelem illum comiter hospitata permanit, donec præcum & gemituum eius miseris Dominus, sic eam è captiuitate liberare disposuit. Animo barbari hanc cogitationem iniecit, indignum esse illum, qui virginem, ac Christi seruam, domui suæ hospitem haberet, ac omnino Christianis esse restituendam. Cum autem hinc istis cogitationibus premeretur, illine verò timeret mortem sibi ab alijs barbaris inferendam, si fœminam illam sponte sineret ad propria remeare, quid facit? Domo sua quasi aliquid in agro facturus egreditur, & occultè ad munitionem militum Christianorum, quæ non longè aberat, proficiscitur, illis suafusus, vt ad virginem illam quærendam exeant, & versus domum suam vadant, & ipso permittente, nullòque modo contradicente, secum deferant. Antequam ad propugnaculum veniret, aliquos milites obuios habuit, quibus consilium suum pandit, & opportunitatem rapiendi virginem, ac domus suæ locum ostendit. Cum autem ex conducto milites illi die signato in domum illius barbari pergerent, qui more Chilenium non in vrbe aliquâ (quas illi non habent) sed in monte ab alijs non nihil separatus habitabat, ipse quasi hostes fugiens cum vxoribus, & filiis ac seruis, festinanter discessit, & virginem illam à militibus inueniendam, & deducendam dimisit. Sic illa ob honorem castitatis liberata est, & quodammodo simul cum virginitate à Domino fecunditate donata. Nam barbarus ille postea decreuit virgini se vt seruum tradere, & illam sequi, eiusque fidem suscipere. Desiderium autem hoc opus sequutum est: illum namque ad fidem conuersum, & fidei, ac vitæ tuendæ causâ à suâ patriâ exulem factum, multi in vrbe sancti Iacobi Chilenis, & postea in hac curiâ regni Peruenis viderunt, à quibus rei gestæ rationem accepit.

D Est etgo castitatis præmium delatus honor, & habita reuerentia illis, qui hanc virtutem ex animo profitentur, quam non solum fide illuminati exhibent, sed & luce supernaturali destituti & barbari similes bestiis, non negant. Tanta enim est dignitas castitatis, vt ab infidelibus honoretur; tanta pulchritudo, vt à barbaris etiam in magno pretio habeatur.

*De Premio, quod ratione Castitatis
habet Catholica
Ecclesia.*

CAPVT XIII



CONSIDERATE lilia agri, ait Dominus, quomodo crescunt: non laborant, neque nent. Hæc verba secundum tropologiam de animabus castis possunt intelligi, quæ meritò cum liliis agri possunt conferri. Sicut enim lilia agri colore candidissima, & odore suauissima, non

Matt. 6.
28.

manu

manu hominum confita sunt, ut flores hortenses, sed Dei solius beneficio creata: ita castas animas puritate candidas, & bonâ famâ odoriferas, non industria humana facit, sed gratia diuina producit. Liliū, ut Bonauentura annotauit, habet sex folia niuei candoris, & sex grana aurei coloris, quibus sex propria pudicitia corporis, & sex alia mundicia mentis, indicantur. Corpus enim, ut sit pudicum, requirit cibi paritatem, vestis asperitatem, laboris strenuitatem, sensuum custodiam, verborum modestiam, & occasionum fugam. Mens verò, ut munda sit, Deum prudenter, dulciter, & fortiter diligit, & toto corde, quia creator est; & totâ animâ, quia redemptor; & totâ mente, quia remunerator, inquit. Videamus ergo quomodo crescant hæc lilia agri Ecclesiæ mundissima, & quoniam pacto multiplicentur istæ gemmæ preciosissima, & aliud admirabile præmium castitati destinatum reperiemus. Virtutia omnia corruptibilia generatione multiplicantur, & speciem suam nonnulla corruptione sui à corruptione custodiunt: cælibes verò licet corpore sint corruptioni obnoxij, quia tamen castitate angelorum naturam gessunt imitari, absque vilo integritatis detrimento se ipsos multiplicant, & ab omni sui status interitu seruant. Nam Deus auxilio gratiæ suæ in omni ætate plurimos trahit, qui virginum & castorum se cælibus iungant. Quare diuina inspiratio est pro semine; assensus hominis, diuino instinctui consentientis pro conceptu; obedientia, quâ instinctui pareat, pro partu; perseverantia, pro partus augmento, quo cælibes in viros perfectos adueniunt. Estque in illis quædam similitudo natiuitatis primæ virginis Christi. Ut quemadmodum ille sine virili semine de spiritu sancto conceptus est, sic & hi in statu virginitatis, aut castitatis, & spiritu sancto nascuntur, quia huius diuini spiritus instinctu ad castitatem alliciuntur. Quamobrem de hac continentium multiplicatione mirabili, siue optimo intelligi potest illud Sapientiæ: O quam pulchra est casta generatio cum claritate! Naturalis enim generatio ex pruritu carnis, & immoderanti concupiscentiâ, non parum habet sceditatis, id est que tenebras diligit, & se ab oculis aspicientium abscondit. At procreatio pudicorum pulchra est, & splendoris plena, cum non ex fœtore libidinis, nec corruptione carnis, sed ex incorruptionis amore procedat.

Hæc igitur multiplicatio eorum qui castitatem corruptæ naturæ satis difficilem proficiunt, omnibus semper admirationi fuit. Vnde Sabelicus de Essenis loquens, qui etiam ante aduentum Domini castitatem coluerunt, eorum multitudinem admiratus, ait: Multis ætatibus (incredibile dictu) gens æterna fuit, in qua nemo nasceretur. Et Solinus Christi fidem nesciens, eandem gentem ob meritum castitatis mirificè laudat, & sectatorum multitudinem verbis exaggerat: Interiora, inquit, Iudææ, que occidentem contuentur, Essenii tenent, qui præditi memorabili disciplina, recesserunt à ritu gentium vniuersarum, maiestatis, ut reos, prouidentia ad hunc morem destinati. Nulla ibi fœminæ; venire se penitus abdicarunt; pecuniam nesciunt; palmis victitant; nemo ibi nascitur; nec tamen deficit hominum multitudo. Locus ipse addictus pudicitia est, ad quem, plurimi licet vndique gentium properent, nullus admittitur, nisi quem castitatis fides, & innocentia meritum prosequatur. Nam qui reus est, vel leuis culpa, quamuis summa ope adipiscingressum velit, dimittitur summouetur. Ita per immensum spatium sæculorum (incredibile dictu)

A æterna gens est, cessantibus puerperis. Hæc ille.] Si autem hæc de Essenis dicuntur, qui non multi admodum erant, quæ dici possunt de multitudine virginum, & continentium Christianorum? Profectò tot numero sunt, & fuerunt in lege gratiæ, ut nullo modo crederemus, nisi partim historiæ verissimæ, & quibus ob dignitatem scriptorum assensus negari non possit, fidem facerent; partim in præsentibus sæculis, ipsi oculi vniuersorum aspicerent. Innumerabiles virgines, immo & virginum myriades sponsam Christi Ecclesiam condecorant, nullo numero comprehensæ virorum continentium multitudines in solitudinibus viuentium eandem exornant. Copiosissimus exercitus militum Christi, tum Ecclesiasticorum, tum religiosorum, in medijs populis, & in medijs occasionibus lasciuia (Deum testor) castitatem fideliter seruant. Quorum multi tanta puritate conspicui sunt, & tam incredibilem tranquillitatem in hac parte possident, ut non homines inter homines, sed angeli inter spiritus cælestes esse videantur. Quid quod hic status castitatis plurimos, quibus multiplicaretur, & cresceret, ex ipso coniugio non iam per mortem alterius comparis soluto, sed adhuc manente, & vigorem habente, protipuit? Gloriatur enim Ecclesia se habuisse, & habere adhuc (sed præsens sæculum omitamus, & quod scimus nunc agi, taceamus) multos clarissimos viros, & pulcherrimas fœminas, etiam principes, ac reginas, in magnis delicijs educatas; quorum illi, coniuges suas non magis quam sorores, agnouerunt; istæ verò numquam se viris suis carnis tactu copularunt. Quid quod non paucorum accessione creuit, qui ne polluerentur, mortem aut ab hostibus illatam, aut à naturâ coniugium cupiente allatam oppetuerunt, & ut mures Armenici, maluerunt mori, quam fœdari? Ob castitatis enim custodiam ab ethnicis occisæ sunt Agatha, Lucia, Cæcilia, Margarita Antiochena, Barbara, Agnes, Dorothea, Euphemia, Iuliana, Dula, Susanna, Basilisa, Anastasia, Felicula, Victoria, Valeria, Virgula, & Sociæ, & multæ aliæ. Ob eiusdem etiam retinendam puritatem, ægritudini suæ per coniugium consulere noluerunt Iacobus Cardinalis Portugaliæ Princeps; Robertus etiam Cardinalis ex illustri familia Nobilium, Casimirus Casimiri regis Poloniæ filius, & Michaël Verinus Hispaniæ nostræ clara progenies, mortemque patientissimè sustentarunt. Quis ergo ita virgines multitudinem auget, ita castos numero sine numero multiplicat nisi Deus? Hanc mirabilem accessionem in præmium puritatis continentibus tribuens, & eos tanta gloria sibi admodum gratos ostendens? In lege veteri multitudo filiorum præmium virtutis exiit. Nam in Deuteronomio scriptum est: Si audieris vocem Domini Dei tui, abundate te faciet Dominus omnibus bonis, fructu vteris tui, & fructu iumentorum tuorum. Præmium ergo Castitatis videtur esse hæc, supra quam dici possit, virginum multiplicatio, & continentium accessio.

Aliud autem est in hoc præmio mirabilius, quod non semel cum magna cordis exultatione contemplati sumus. Illud autem est, quod tota Ecclesia (faciente Domino) & omnes status fidelium ob castitatem numero crescunt, & vnde debuerunt minui, inde videmus augeti. Quis non crederet, nationem aliquam, in qua tam multi homines perpetuò abstinent à mulieribus, & tam innumera fœminæ fugiunt penitus consortia virorum, non

Bona. in
diera fal.
tit. 2. c. 4.Sapient. 4.
1.Sabel. lib.
5. c. 6.Solim. in
Polybist.
c. 48.Vide Bo-
zium.
10. lib.
11. signo.
48. c. 6.Deuter.
28. 10.

esse numero exigua, & vix homines sufficientes ad sui conseruationem comprehendere? At contra in Ecclesia euenit, quæ tam innumeros vtriusque sexus homines habens, virginitatem aut continentiam profitens, omnibus est gentibus alterius cuiusque sectæ maior, & multitudine mulierum ac virorum copiosior. Sed nos à capite Ecclesiæ ordiamur.

Genes. 12.
3.
Gen. 22.
17.

Gen. 28.
13.

Galat. 3.
16.

Dan. 2.
34 35.

Habac. 3.
3.

1. Corint.
11. 2.

Anselm. b.

Certè Christo Domino Saluatori nostro, & ipsi virgini, ac omnium virginum Principi promissum à Patre est, vt innumerabiles filios habiturus esset. Id enim aperte significant illa verba dicta Abrahamæ: In te benedicentur omnes cognationes terræ. Et rursus: Benedicam tibi, & multiplicabo semen tuum sicut stellas cæli, & velut arenam, quæ est in litore maris. Et ad Iacob nepotem eius dictum est: Erit semen tuum quasi puluis terræ: dilataberis ad orientem, & occidentem, septentrionem, & meridiem. Quod enim est hoc semen, cui ita benedixit Dominus? Doceat nos Paulus: Abrahamæ, inquit, dictæ sunt promissiones, & semini eius. Non dicit, & seminibus, quasi in multis, sed quasi in vno, & semini tuo, qui est Christus. Huius ergo virginis, & sancti seminis filij tot sunt numero, vt propter immensam multitudinem, sicut arena, & sicut terræ puluis esse dicantur, & propter sanctitatis pulchritudinem stellis cæli comparentur. Domini quoque fecunditatem expressit Daniel, dum ait se vidisse illum quasi lapillum abscessum sine manibus, qui continuit itaquam, & factus est mons magnus, & impleuit vniuersam terram. Et Habacuc, cuius hoc est carmen: Operuit cælos gloria eius, & laudis eius plena est terra. Cum, inquam Dominus ad nos venit ab austro, siue à sinu Patris, vbi semper est meridies, & à monte Pharan monte excelso; tunc manifestatio nominis eius in homines vniuersos, qui ipsi crediderunt, effusa est. Vnde Ecclesiæ propagatio à puritate initium accepit, & non à corruptione, neque à nuptiarum carnalium celebratione produit.

Ipsa etiam Ecclesia virgo est integerrima, & immaculata, cui etiam tamquam matri, & tamquam alteri principio filiorum scilicet fidelium, multitudo tribuitur. Vox Pauli est: Emulor vos Dei æmulatione. Despondi enim vos vni viro, virginem castam exhibere Christo. Zelotypus, inquit, sum erga vos, ardentissimè vos diligo; ita vt amor meus non iam sit dicendus amor, sed zelus. Hic autem zelus non est vituperabilis, sed laude dignus, quia non pro gloria mea, aut commodis meis, sed pro gloria Christi hoc zelo succendor. Despondi enim non quemque vestrum seorsum, sed conjunctim omnes vos vnam Ecclesiam constituentes, vt quasi vnam virginem castam vos illi exhibeatis, & eius sacro connubio perfruamini. Quo loco Anselmus ait: Omnis enim Ecclesia virgo est in mente. Virginitas enim mentis est integra fides, solida spes, sincera charitas. Ergo & Ecclesia imitans Dominum sui matrem, quoniam corpore non potuit, mente tamen & mater, & virgo est. Nullo itaque modo virginitatem matris suæ nascendo Christus ademit, qui Ecclesiam suam de fornicatione dæmonum redimendo virginem fecit. Nunc desponsata est Ecclesia, & virgo est, cum se continet à corruptione sæculari. Sed tunc nuptura est, quando sponsus eius in claritate veniet, & eam secum in regni thalamum perpetuò mansuram introducet. Sicille. Ecclesia autem mente virgo, mente etiam,

A qua virgo est, innumerabiles filios viro suo Christo sine vlla corruptione progenerat. Cui dicit Isaias: Leua in circuitu oculos tuos, & vide: omnes isti congregati sunt, venerunt tibi: filij tui de longè venient, & filia tua de latere surgent. Tunc videbis, & afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum; quando conuersa fuerit ad te multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi. Huius etiam filij sunt illi, de quibus Ioannes in Apocalypsi inquit: Vidi turbam magnam, quam dinumerare nemo poterat, ex omnibus gentibus, & tribubus, & populis, & linguis, stantes ante thronum, & in conspectu agni, amici stolis albis, & palmæ in manibus eorum. Ecclesia quippe non ex vno aliquo populo, aut ex vna aliqua gente congregata est, sed ex omni gente, & omni natione coaluit, & per totum orbem diffusa Christo filios generare non cessat. Hæc est illa sterilis, cui etiam per Isaiam dictum est: Lauda sterilis, quæ non parit: decanta laudem, & hinni, quæ non parietas: quoniam, multi filij desertæ, magis quàm eius, quæ habet virum. Hanc enim sterilem esse Ecclesiam in lege gratiæ, manifestè Paulus ad Galatas ait. Quæ sterilis dicitur; & non pariens, quoniam in lege scripta paucos parietat filios, & nullos ferè ex Gentibus ad Dei veri cognitionem, & adorationem vocabat. Nunc vero habens virum, non illum Moysen, quem habebat Synagoga, sed Iesum Christum filium Dei, in immensum illi filiorum numerositate præcellit. Latatur illa profectò, & laudat Dominum propter hanc sibi datam fecunditatem, sicut vaticinatus est Dauid: Habitare, inquit, facit sterilem in domo, matrem filiorum latantem. Sterilis enim ista Ecclesia est, auctore Augustino, quam Dominus innumerabilium filiorum copiâ donauit. Qui, vt idem sanctus Doctor ait, semen Abraham, id est, prolem Ecclesiæ selectam, sicut stellas cæli sanctitate sublimi in supernis sedibus collocat, & sicut arena in ora maris, misericordem innumeramque multitudinem à sinistris fluctibus, atque amaritudine impia segregat. Ecclesia ergo virgo ex sponso virgine integra manens, abque vilo numero filios generat, vt nunc eam repleant, & postmodum in cælis coronam decoris, & seruum gloria recipiant.

D Quid nos hinc elicimus? Id quidem quòd sicut fideles omnes ex Christo virgine, & parente optimo, & ex Ecclesia virgine, & matre honorabili prodierunt; ita & nunc castitate & virginitate numero augentur, & crescunt. Eadem namque solent esse causæ productionis alicuius rei, & eiusdem augmenti. Quare si puritas tot filios genuit, puritas etiam auxit, ac multiplicauit.

E Sed quonam modo castitas filios Ecclesiæ numero auget, cum potius oppositum colligi debere videatur, quia illi, qui continentiam colentes, filios non generant fideles futuros, Ecclesiam eorum numero priuant; ita sanè: quòd Deus, vt ipsi continentes numero semper augeantur ad cultum suum, & vt mirabile præmium ex sua continentia conquirant, numero sine numero sanctam Ecclesiam in omni gente & arate multiplicat. Cum enim Ecclesia præceptum coniugalis castitatis excepit, vt scilicet quisque fidelis vnam tantum vxorem, & quæque femina vnum tantum virum haberet; & cum consilium perpetuæ continentiæ ac virginitatis audiuit, posset dicere, quomodo multiplicabor? Quomodo me ab inimicis tuebor? In sectis & nationibus gentium vnus quilibet plures vxores ducit, istatum rara est, quæ viro fidelitatem custodiat: omnes, qui nuptias non celebrant, per illicitum concubium

Isa. 60.
4. 5.

Apoc. 7. 9.

Isa. 54.
1.

Galat. 4.
26.

Ps. 118. 9.

Aug. lib.

con-

cubitum filios generant; nullus est apud eos pudicitiae respectus, nulla castitatis memoria, nulla virginitatis notitia. Ergo à gentibus, numero & robore bellico vincat. Me igitur infideles & hæretici, non iam filij, sed hostes prosterrent, me vorabunt, me de medio tollent, & Dei veri cultus, & notio peribit? Ne ergo aliquis hæc temerè apud se cogitet, hæc dicit Dominus ad Ecclesiam: Noli timere, serue meus Iacob, cæcus omnium fidelium, & rectissime, quem elegi, ad sequendam scilicet veritatem doctrinae, & sanctitatem vitæ. [Effundam aquas baptismi super sitientem, & fluenta spiritus sancti super aridam. Effundam, inquam, spiritum meum super semen tuum, & benedictionem meam super stirpem tuam. Et germinabunt inter herbas, quasi salices iuxta præterfluentes aquas.] Quia sanctæ Ecclesiæ filij, vt Gregorius scribit, inter herbas sicut salices germinant, dum inter arefcentem vitam carnalium hominum, & multiplici numerositate, & perpetua mentis viriditate perdurant.]

Iste dicit: Domini ego sum, & ille vocabit in nomine Iacob; & hic scribet manu sua: Domino, scilicet, me confecero; & in nomine Israel assimilabitur: id est, se Christo credere, Christumque imitari fatebitur. His promissionibus multitudo filiorum Ecclesiæ signatur, qui ad omnia florentissimæ reipublicæ necessaria peragenda sufficient. Eandem quoque multitudinem idem Propheta apertioribus verbis vaticinatus est, quibus Ecclesiæ sterilitatem prætendenti respondit. Inter alia namque sic ait: Adhuc dicent in auribus tuis filiis sterilitatis tue: Angustus est mihi locus, fac spacium mihi, vt habitem.] His autem auditis, [dices] tu, ô Ecclesia, [in corde tuo: Quis genuit mihi istos? ego sterilis; & non patiens, transmigrata, & captiua: & istos quis enutrit? Ego destituta, & sola, & isti vbi erant?] Aut sculta, ô Ecclesia, responsonem. [Hæc dicit Dominus Deus: Ecce leuabo ad genes manum meam, & ad populos exalabo signum meum. Et afferent filios tuos in vlnis, & filias tuas super humeros portabunt.] Promissio ista Dei impleta est, habetque Ecclesia, vt Bozcius doctè probat, plures sectatores quàm qualibet alia secta, aut falsa religio. Ac meritò ponit Ecclesiæ notam multitudinem sectatorum ipsius. Concluditque non sine magno fundamento quartam partem totius orbis esse Catholicorum, sextam tantùm Mahumetanorum, reliquas eorum, qui vel hæretici sunt, vel alterius superstitionis, Ecclesia ergo ob multitudinem continentium non deficit, sed potius multiplicatur, & crescit.

Isaia. 44. x.

Greg. 33. mor. c. 5.

Isaia. 44. 5.

Isaia. 49. 20. 21. 22.

Bof. lib. 20. ro. 2. c. 1. §. 90. 91.

Greg. lib. 2. capit. 11. indic. 60.

Idem autem, quod de totâ Ecclesiâ diximus, de quolibet Christianorum regno dicendum est, quod scilicet multitudo eorum, qui diuino cultui se mancipant, & Deo in religiosa vita se consecrant, nullo modo numerum necessarium ad florentissimam reipublicam constituendam, & ad bella gerenda adimit, sed potius eum mitum in modum auget. Idque manifestè sensit Gregorius ad Mauricium Imperatorem scribens, & eum ob legem latam, ne quis miles monachus fieret, reprehendens. Tunc, inquit, magis dominorum exercitus contra hostes crescit, quanto Dei exercitus ad orationem creuerit.] Sensit & Pius I. Pontifex Maximus, cui, cum minister generalis fratrum Minorum triginta millia religiosorum iuuenum sui ordinis ad expugnandam terram sanctam offerret, quos sine iacturâ cultus diuini af-

A secebat ad bellum extrahi posse, prudentissimus Ecclesiæ Pater eosmittere noluit, sciens videlicet res Deo consecratas non debere ad vsus sæculares deuolui, & animabus continentiam seruauit, Deoque in cænobiis vacantibus, regna non languere, sed roborari. Sed hoc verissimum esse in nostro Hispaniæ regno videamus, & quod de illo dicemus, de quolibet alio Christiano regno, fertatâ proportione, affirmare possemus. Hispania igitur nostra copiosissimâ multitudine Ecclesiasticorum floret castitatem vouentium, atque seruantium. Innumerabilia habet virorum ac feminarum cænobia, ac monasteria, quorum quodlibet multis religiosi repletur, castitati militantibus. Insuper abundat plurimis aliis qui in sæculo viuentes cœlestem vitam agunt, & corporis ac mentis castitatem custodiunt. An ob id paucos incolas habet? An nomen Hispaniæ victicis amisit? An minus quàm infidelium regna secundum potentiam, & splendorem temporalem viret & floret? Nullo modo. Immo ipsa aliis fidelium nationibus est admirationi, & infidelium regnis terrori, & toti Ecclesiæ est propugnaculum munitissimum, fidei integritatem protegens, & Pontificem Romanum caput Ecclesiæ defendens. Eius literis hæreses, & deliria infidelium confutantur, bonæ disciplinæ promouentur, eas opibus omnes nationes ditantur, & cum tantum argenti, & auti quotannis effundat, numquam tamen thesauri eius exhauriuntur. Hanc gentem, in qua tot sunt cœlibes, & continentes, terra illis data capacissima, & fertilissima capere non potuit, & ideo aliquibus ex se emissis, Indiam Orientalem, & has partes Occidentales vastissimas, in quibus sunt regna Peruanianum, & Mexicanum, expugnauit, & oppleuit. Adeo, vt de illâ decantari possit, quod de populo Domini à Dauide decantatum est: Operuit montes vmbra eius, & arbuta eius cedros Dei. Extendit palmites suos vsque ad mare, & vsque ad flumen propagines.] Ac de eius Principe, quod dixit Isaia: Dabit in conspectu eius gentes, & reges obtinebit: Dabit quasi puluerem gladio eius, sicut stipulam vento raptam arcui eius. Persequetur eos, transibit in pace.] Nec his contenta paucitatem non timens istis extremis annis (vt certa relatione accepimus) ferè quingentamillia hominum ex Mahumetanis propagatorum, qui Christianam legem non sequebantur, & regno excidium minabantur, non occidit, ex pietate, vt posset, sed à se abiecit, & repulit. Hæc multitudo igitur Hispanorum, istæ diuitiæ, hæc gloria, (vt ego quidem opinor) præmium est in terra datum Hispaniæ ob humillimam subiectionem, Ecclesiæ Romanæ, & eius Pontifici custoditam, ob fidem diligentissimè seruata, ob castitatem amata. Capiti Ecclesiæ ipsa se subdat, fidem ab omni labe, hæreticos etiam exurendo, defendat, nefanda peccata igne puniat, castitatemque tantorum virorum, & feminarum Deo consecratam prouehat, atque custodiat, & ex hac parte excidium non timeat. Timeat superbiam diuitiarum comitem, timeat delicias, & superfluitatem ciborum, atque indumentorum, diuitiarum partus: timeat iniurias neophytorum à Deo sibi ad doctrinam fidei seminandam, & ad tutamen commissorum. Hæc metuat, & alia similia formidet, quæ solent regna subuertere. At de multitudine continentium gaudet, ob quorum puritatem à Deo diligitur, quorum numero, vt exer-

B

C

D

E

Psal. 79. 14.

Isaia 41. 2.

citum potentissimo defenditur, quorum orationibus roboratur.

Sed vnde sciemus, multitudinem gentis in regno castitate crescere, & in primum castitatis dari? Illud quidem naturali ratione, istud verò non leui coniectura colligitur. Certum est enim, apud medicinam peritos, effrenam luxuriam libidinem, & vagum concubitum, generationem impedire. Vt enim Petrus Gregorius Tolosanus vir satis doctus ait: Non conueniunt vagi, & illiciti concubitus ad formandam rempublicam, sed contra maximè noxij sunt, & auertunt generationem. Siquidem, vt dicunt Medici, & Physici, ex frequenti coitu fit lubrica vulua, & conceptio impeditur. Et si quando nascantur ex istis concubitibus illicitis quidam, existimandum est de tali commixtione meretricum degeneres populos, & ignobiles, & furentes libidine, ferè procreandos, & ad extremum vniuersam plebem ad deteriora & ignobiliora vergentem; & nouissimè nec in bello seculari fortem, nec in fide stabilem, nec honorabilem hominibus, nec Deo amabilem esse venturam. Sic ille.] Id etiam significant verba illa Iacob ad Ruben filium suum: Effusus es sicut aqua, non crescas.] Vel, vt Aquila vertit, teste Procopio: Non eris abundantior. Id est, genus tuum minus multiplicabitur, quàm tribus fratrum tuorum: iuxta illud, quod in Deuteronomio scriptum est: Viuat Ruben, & non moriatur, & sit paruus in numero.]

Greg. Tolosan. li. 14. de republ. c. 1.

Gen. 49. 4.

Deut. 33. 6.

Quod isti contigit, luxuriosis impudicisque contingit. Effundunt se, vt aqua, per luxuriam, atque carnis intemperantiam, & ideo parum numero multiplicantur, & crescunt. Gentes ad Septentrionem habitantes castiores sunt; mirum autem est quàm sint multitudine innumerabiles, quàmque in illis regionibus sit copiosus hominum numerus. Gentes verò ad Austrum sunt salaciores, & hæc (vt hoc aperte videamus) à Septentrionalibus vincuntur numero. Neque obicias mihi polygamiam antiquis Patribus in exordio mundi concessam, & causam à doctoribus datam, vt scilicet plures ex pluribus quàm ex vna tantum vxore viri susciperent. Vnde Augustinus: Quare fœminæ non habebant amplius vno viro, vir autem plures fœminas? nisi quia plures habere fœminas vnum virum, pertinet ad proles numerositatem: vna autem fœmina non quò plures habet viros, plures potest parere filios.] Hoc, inquam, non obstat, quia aliud est, animo casto, & proles generandæ causa, ex permissione Dei, ad significandum aliquid pluribus iungi; aliud verò, ex ardore libidinis contra præceptum Domini cum pluribus fornicari. Illud cum natura erat vegeta, & robusta, multiplicationi profuit, hæc post naturæ imbecillitatem, quæ senescente mundo, ad senium vergit, aperte multiplicationi obest, & debetæ educationi, quia proles incerta est minus amabilis, nec potest à patribus an sua sit dubitantibus, vel alterius fornicarij, ita diligenter educari. Et Dominus, qui ab initio hominum multiplicationem voluit, vnum virum vni vxori iunxit. Atque, vt ait Isidorus, quòd non vnus, & multæ, sed vnus, & vna copulantur, ipsa prima diuinitus facta coniunctio in exemplum est. In quod exemplum? In hoc profectò, vt ad multiplicationem humani generis castitas coniugalis seruaretur, tanquam numero nascentium proficiens, non tanquam illum impediens. Et hæc quidem de castitate coniugali intelligenda sunt, quæ in debitam generis humani multiplicationem est ab auctore naturæ instituta.

Aug. li. de consensu Euang.

Isidor. 2. de officiis. c. 19.

A At quam ratione hæc multiplicatio est præmium virginitatis ac perfectæ castitatis? Nam si omnes castè & secundum leges matrimonij coniungerentur, videretur futurum multo maius hominum Christianorum augmentum. Ad maiorem hominum multitudinem non satis est si plures nascantur, sed si ex infantibus natis plures seruentur. Nam est quòd in vna vrbe quotidie nascantur octoginta, & in alia septuaginta; si in illa moreretur mediætas priusquam ad virilem ætatem perueniret, in ista verò solum tertia pars, aut minus quàm tertia, planum est, quia ista illam interdum numero vinceret, interdum æquaret. In Ecclesia autem fortè pauciores nascantur, ex eo quòd non omnes matrimonium ineunt, immò plurimi castitatem custodiunt, ac plures ex infantibus à morte seruantur, vt ex his, quæ dicta sunt, manifestè colligitur. Neque enim poterat Ecclesia numero quamlibet aliam sectam falsam vincere, nisi in ea plures ex natis seruantur. Ergo Dens in ea, licet pauciores nascantur, plures seruat, & faucibus mortis eripit, vt hæc sponsa Dei ex dono castitatis in multis, non sentiat detrimentum fecunditatis in alijs. Hoc verò fieri puto in præmium mundissimæ castitatis. Vt sicut Abraham filium à quo posteritatem sperabat, immolare disponens, & Deo præcipienti fidens, non est filijs minoratus, sed auctus: ita Ecclesia multos in omni ætate virgines, & castos Deo offerens, & paucitatem non metuens, in præmium tantæ fiducia, & tantæ puritatis, filijs innumerabilibus repletur. Infidelibusque conuenit illud Domini per Oseam: Si eauerint filios suos, absque liberis eos faciam in hominibus: sed & vobis cum recessero ab eis.] At Christo Ecclesie sponso congruit illud elogium Ioseph Patriarchæ, quem in typum Saluatoris accepimus: Omnipotens benedicet tibi benedictionibus cæli desuper, benedictionibus abyssi iacentis deorsum, benedictionibus vberum, & vuluæ.] Nam & hæc de Christo esse intelligenda, manifestè Ambrosius protestatur, dicens, vbera, quibus in nobis edicatus, & auctus est, duo esse testamenta, è quorum doctrina fidem accepimus. Omnia, inquit, subiecit ei, cælestia sicut benedictionem cæli, & terrena sicut benedictionem terræ, vt & hominibus & Angelis dominaretur. Itaque in illo velut contemptibili corpore præualuisti, inquit, propter benedictionem vberum, & vuluæ. Benedictiones patris tui, & matris vbera, duo testamenta dixit, quorum altero annunciatum est, altero demonstratum. Et bene vbera, quoniam velut quodam nos spiritali lacte nutritos educavit, & obtulit Deo filios. Sic ille.] Suscipienda igitur est à nobis, & summis votis amplectenda castitatis virtus, cuius tam ingens est præmium, vt calore suos in cælo magna gloria repleat, & in terra honoribus eximijs excipiat. Cuius tanta est felicitas, vt dum etiam à complexu licito maritali abstinet, mirabili modo etiam gentis numerositate Ecclesiam multiplicet.

Ose. 9. 11.

Gen. 49. 25.

Ambros. li. de benedict. Patriarchæ. 11.

De Medijs ad Castitatē corpori applicandis.

CAPVT XIV.



UNC instrumenta sunt explicanda, quæ vitia esse possunt, vt castitatis perfectionem, erisque præmium obtineamus. Omnis enim virtus, Dei donum est, licet misericorditer prerogatum, nõ tamen cooperationem nostram excludes, qua ad ipsum suscipiendū præparemur, & quasi hospitium virtuti, virtute dignū offeramus. Castitas autem

virtus

virtus cum sit, & aliis multis obtentu difficilior, non debet ab hac regula communi excipi, nec à labore nostro Dei gratia subnixo disungi. Alia vitia non multo negotio deponimus, luxuriam verò medullis nostri corporis insitam non facile pellimus, ac refutamus. Quod animaduertens Hieronymus, ait: Auaritia calcatur à plerisque, & cum marsupio deponitur. Maledicam linguam, inditum emendat silentium. Cultus corporis, & habitus, vestium vnius horæ spatio commutantur. Omnia alia peccata extrinseca sunt, & quod foris est, facile abiicitur. Sola libido insita à Deo ob liberorum procreationem, si fines suos egressa fuerit, redundat in vitium, & quadam lege naturæ in coitum gestit erumpere. Grandis igitur virtutis est, & sollicitæ diligentia, (superare quod nata sis, in carne non carnaliter viuere, tecum pugnare quotidie, & inclusum hostem, Argi (vt fabula ferunt) centum oculis obseruare.) Castitas itaque labore, & mediis adhibitis acquirenda est: quam qui voluerit quasi non dato pretio, & gratis accipere, statim concupiscentia victus ab eius amore discedet. Eueniet illi sanè, quod pulchre Ambrosius de illo, qui Castitatem sine mediis adhibitis quærebat, scripsit. Intueamur enim, inquit, animo intemperantem aliquem, qui intuitus gratiam castitatis, & quodam eius captus decore, sequendam putet. Deinde pedissequas eius nesciens, quibus comitata incedit, & stipata aduenit, sobrietatem scilicet, modestiam, & verecundiam, parcimoniam cibi, fugam lasciuia, procacitatis, petulantia, cautionem femineam, sollicitam custodiam, subitò, aut ebrietatis succensus calore, aut ipsius carnis aestu, aut occurfu formæ decentioris, nequaquam se tenet, nec legi carnis repugnet. Nonne dicit: Putavi rem faciliorem, castimoniam sequi: supra humeros meos, supra vires meas? Rarus, cui ista iungantur. Vale castitas, recede de finibus sensuum meorum. Recurre citò eò vnde huc venisti. Non sustineo præsentiam tuam; affligor grauibus questionibus, dum tenendam te arbitror, quam tenere non possum. Conuersus deinde ad aliquem monitorem sui, qui studuerit in eius mentem inducere assuetudinem castimoniae, allegans non arduam fore, nec impossibilem, sed pluribus sociam, finitimam studiosis, conuenientem voluntariis: Quid est hoc, inquit, quod fecisti? Quare non dixisti mihi, quia vxor tua est? Hoc est, quæ non perfunctio, sed legitimo tenetur coniugio, maximam secum vehat dotem, quæ inuehat graui onera matrimonij, & durae cœnis coniunctionis? Sed dixisti sororem, nullis astrictam legibus, & naturæ sociam, non iure aliquo dotalis census superbam, ac potentem. Itaque imprudens onerum eius, copulandam mihi eam & retinendam putaueram. Sed intellexi quod pondus sit in ea, & sarcina. Ecce mulierem tuam, id est, ecce perfructio tua ante te est, accipe, & curre. Sic ille. Ista euenient illi, qui absque vilo labore, & sine præuis comitibus voluerit sibi castimoniam, acciscere.

Media itaque adipiscenda castitatis inuestigamus, & ex Partibus hanc rem pro dignitate tractantibus colligamus. Sed cum castitatis sedes sit animus, domicilium verò animi casti, & continentis sit corpus, vtrique medicamina adhibenda sunt, vt nobis capientibus salus ista proueniat. Necesse est enim (asserente Ioanne Cassiano) vt morbo duplici duplex adhibeatur curatio. Nam

A corpori, ne concupiscentia in effectum tentet protrumpere, necessariò effigies, & materia illiciens subtrahenda est; & animæ nihilominus, ne eam vel cogitatione concipiat, attentior meditatio scripturarum & sollicitudo perurgit, ac remotio solitudinis vtiliter apponenda. His igitur ita se habentibus, primò instrumenta castitatis, quæ per corpus exercentur, tanquam manifestiora; & postea, quæ ad animam pertinent, tanquam occultiora, tractabimus.

Si ergo cordi tibi est, ò iuste, votum castitatis custodire, & ad eius, quam expoluimus, perfectionem ascendere, abstinentia ciborum tibi necessaria est; vt scilicet corpori ex cibis tum in quantitate, tum in qualitate superflua subtrahas, & solum ad viuendum & laborandum secundum vocationem tuam necessaria concedas. Ex nimietate namque ciborum luxuriæ materia generatur, & ex eorum exquisita suauitate alterius nocentioris suauitatis appetitus accenditur. Tollat homo ab igne materiam, ne ignis ardeat; domet, & comprimat hostem, ne victor exurgat; reiciat minorem voluptatem, vt maiorem contemneret. Et fiat, sine ciborum paritate non solum in robustis & agrestibus hominibus, sed etiam in aulicis & delicatis castitatem periclitari. Hieronymus, castitatis monita Eustochio præscribens, eam ad abstinentiam hortatus est; & statim inquit: Quòd si volueris respondere, te nobili stirpe generatam, semper in deliciis, semper in plumis, non posse à vino, & esculentioribus cibis abstinere, nec his legibus viuere; distictius respondebo: Viue ergo lege tua, quæ Dei non potes. Non quòd Deus vniuersitatis creator, & Dominus, intestinorum rugitu, & inanitate ventris, pulmonisque delectatur ardore, sed quòd aliter pudicitia tuta esse non possit. Iob Deo charus, & testimonio ipsius immaculatus, & simplex; audi quid de diabolo suspicetur: Virtus eius in lumbis, & potestas eius in vmbilico. Honestè viri, mulierisque genitalia immutatis sunt appellata nominibus. Vnde & de lumbis David super sedem eius promittitur esse sessurus. Et septuaginta quinque annæ introierunt in Ægyptum, quæ exierunt de femore Iacob. At postquam colluctante Domino latitudo femoris eius emarcuit, à liberorum opere cessauit. Et qui pascifacitarius est, accinctis mortificatisque lumbis, facere præcipitur. Et ad Iob dicit Deus: Accinge sicut vir lumbos tuos. Et Ioannes zona pellicea cingitur. Apostoli iubentur accinctis lumbis, Euangelij tenere lucernas. Ad Hierusalem verò, quæ res per sanguine in campo inuenitur erroris, in Ezechiele dicitur: Non est præcisus vmbilicus tuus. Quis igitur aduersus viros diaboli virtus in lumbis est: omnis in vmbilico contra fœminas fortitudo. Sic Hieronymus. A lumbis itaque hominis libidinis feruor tollitur, dum superfluitas ciborum à ventre suauitasque subtrahitur. Et sicut si igni materiam aptam ad combustionem adiectes, & simul ignis extinctionem à Domino peteres, miraculum postularas: ita Deum tentas, & miracula præter necessitatem exquiris, si te ipsum cibis ingurgitas, & obsecrationibus ad castitatem anhelas. Non à te polcimus, vt Cassianus, quòd sis duobus tantum paxamatis, id est, paruis sex vnciarum panibus, & paruula aquæ mensura contentus. Hæc enim solitariis dicebantur noctu diu; meditantibus, & parum corpore laborantibus, & iam humana imbecillitas ordinariè non sustinet, vt solo pane, & aqua viuat. At dicimus, vt secundum vires & labores tuos à cibis temperes, & quantitatem ac qualitatem ciborum solum ne-

I.

Hier. ep. ad Eustoch. 10.

Iob 40. 17.

Iob 38. 3

Ezech. 16. 4.

Cassian. col. 12. c. 15.

Hieron. epist. ad Eustoch.

cessariam velis. Daniel, secundam Hieronymum, vir desideriorum vocatus est, quia non comedit panem desiderabilem. Si ab huiusmodi pane, id est, a deliciis ciborum abstinueris, eodem titulo sane honorifico insignieris.

Sobrietatem diligit, non enim minus potus nimietas, quam cibi, luxurie aestum accendit. Praesertim vero a vino temperandum est. Quare Ambrosius viduam alloquens ait: Esto casta primum a vino, ut possis esse casta ab adulterio. Et Hieronymus ad quandam viduam scribens: Primum, si tamen stomachi firmitas patitur, donec puellares annos transeas, aquam in potu sune, quae natura frigidissima est. Ioannes virgo & scieram non bibit adhuc ex utero matris suae. Et Daniel continentiam diligens petiuit a principe eunuchorum legumina ad vescendum, & aquam ad bibendum. Et Paulus: Nolite inebriari vino, in quo est luxuria:] Domicilium ergo luxuriae fugiendum est ei, qui in domo castitatis appetit habitare. Quia tamen omnes non possumus praesertim iam ad senectam properantes vini potum omnino vitare: at saltem documentum Pauli teneamus, ad Timotheum scribentis: Modico vino vivere propter stomachum, & frequentes tuas infirmitates. [Vt enim Ecclesiasticus ait: Quam sufficiens est homini erudito vinum exiguum. Et postea: Aequa vita hominibus vinum in sobrietate:] Si bibas illud moderate, eris sobrius. Consideremus verba Chrysostomi. Vinum est datum, ut delectemur, non ut deonestemur: ut rideamus, non ut rideamur: ut valeamus, non ut agrotemus: ut corrigamus corporis valetudinem, non ut animae prosterneamus virtutem. Sic ille.] Certum est autem haec mala non tantum ex vino usque ad ebrietatem potato, sed ex ipso etiam immoderate sumpto provenire. Nam ille seipsum deonestat, & risu aduersariorum exponit, qui ob immoderantiam potus in aliquam iacturam castitatis incurrit. Et licet non eo usque malum progrediatur, at non paruum malum est, si ob hanc causam quis mentis tranquillitatem amittat, & tentationibus impugnetur.

Ambr. 1. de vidua. Hier. epi. 10. ad Eustochiam.

Luc. 1. 15.

Dan. 1. 12.

Ephes. 5. 18.

1. Tim. 5. 23.

Eccles. 31. n. 22. & 32.

Chrysol. 81. ad Antheus.

III.

Sensus, praesertim visum, auditum, & tactum, cohibeto. Nam hi sunt internuncij mortis, concupiscentiae obiecta illicita deferentes, quibus ad prauum consensum allicitur. Et qui non vult malum aliquod perpetrare, non concupiscat: qui vult non concupiscere, non cogitet; qui vult non cogitare, non atrectet, non audiat, non videat. Hinc initium mali desumitur, & qui initis obstat, facile a progressu, & sine impudicitiae liberatur. Ac proinde pulchre dixit Ambrosius: Visus, & auditus, & odoratus, & gustus, & tactus, & vocis ipsius quaeritur quaedam castimonia: quia & visus procacior habet crimen. Et ideo scriptum est: Noli intendere fallaci mulieri, neque capiaris oculis, neque arripiaris palpebris. Et in ipso auditu crimen est, si seducat meretrix, & multo blandimento sermonis, & laqueis labiorum suorum te alliget. Et in ipso tactu crimen est. Ideoque tibi dicitur: Ne multus fueris ad alienam, neque contineris amplexibus non tuam. Et in voce culpa est. Laqueus enim fortissimus est homini sua labia, & abducitur a labijs sui oris. Et mel ipsum noli multum edere, ne vomas. Oportet ergo ut omnium sensuum acuta sit moderatio, ne aut impetus in vitium trahat, aut nimietas laedat, aut mora offensionem sit. Et idem alio loco ait: Non adulterasset David alieni ius thori, & federati pacta coniugij, nisi nudam, & lauanem mulierem de domus suae interioribus vidisset. Et ideo bene scriptum est: Non inci-

Ambr. li. 2. de Abraham. c. 11. Prou. 5. 1.

Ambr. li. 2. de A. pologia David. Eccles. 25. 28.

das in mulieris speciem, & non concupiscas mulierem. Ait alibi: Ab omni irruenti oculo caue. Nihil de contumacia tua, & virtute praesumas. Etenim [fornicatio mulieris in extollentia oculorum, & in palpebris illius agnosceretur:] & ideo causam primo peccati fuge. nemo enim diu fortis est. Et Climacus de tactu ait: Fit nonnunquam ut ex solo tactu corpus inquinetur. Nihil quippe sensu isto grauius, nihil periculosius. Admoneat te is, qui matris manui pallium circumdedit, ab usque, quae vel naturalia, vel praeter naturam sunt, a proprio, atque alieno corpore comprime manum. Haec ille.] Intelligamus ergo a sensibus impudicitiae malum incipere, atque adeo oportere, ut castitatis modestia tamquam ianuam suae mentis custodiat. Mundicia enim mentis a circumspectione externa pendenda est: & sicut mens pura sensus suos in officio continet; ita sensus mortificatione cohibiti puritatem mentis efficiunt.

Eccles. 26. 12.

Climac. grad. 15.

B

Non solum sensus comprimito, sed & ita actus eorum, & incessum tuum, & motus corporis temperato, ut & in te castitati profint, & alios ad amorem castitatis alliciant. Nam & fractior incessus, & motus leues, ac lasciu, solent animam ad leuitatem permouere, & ab amore grauitatis in castitate elucens separare. Enitendum ergo tibi est tam perfectam castitatem habere, ut non tantum castus sis corpore, & mente, verum ut te aspicientes modestia vultus, & incessus, & grauitate actionum ad castitatem instiges. De quo haec grauissime Basilii: Neque vero vsquam in vicis, & plateis, vbi turpium flagitiorumque hominum conflari coetus consuevit, facta virgo cerneretur. Verum captata congrua processio- nis hora, talem se & habitum, & incessum, & toto corporis motu exhibebit, ut qui illi forte obuij fuerint, ac si viuum Dei simulachrum aspicientes, faciem ad reuerentiam, atque ad admirationem sanctitatis inclinent, & honestaque virtutis admoniti, mentem pudicam, & sobriam referant: venerentur, inquam, aspectum virginis (ut dixi) tanquam diuinam imagini reuerenter de via cedant. Quemadmodum denique Satyrorum conspectu imagines risum intuentibus mouent; ac sicuti aliae melleiores effigies cernentium & animum & faciem tristitum imaginarijbus confundunt; & sicut nihil horum cum mouetur intuentium faciem in suum traducit affectum, sed quod in immota imagine aspicitur, in illa immobili forma cernentium animos mouet, atque ad sui imaginem dirigit: ita & virgo castitatis imago, immo ipsius virtutis effigies, etiam conspecta solum ad Dei considerationem humanos mox conuertere ac mouere debet affectus. Feriatur itaque impudicus quisque animo ex aspectu virgineo pulcherrimae castitatis admonitus; reminiscatur quisque protinus Dei, dum eam cernit effigiem, quae se ad eius perficienda mandata semper exercet, atque, ut breuiter dixerim, omnium aspicientium virginem & affectus, & animus ad virtutis transferatur amorem, omnes ex allocatione eius grauitatem & compunctionem animo referant. Haec tenus ille.] Modestia itaque instrumentum est castitatis, & vix aliquem inuenies castitate conspicuum, quem discreta grauitas deseruerit, & moderatio in gestibus, & in motibus a se distrahent. Haec index est castitatis, quia impudicus oculus, & incircumspectus incessus, impudici & incircumspecti cordis est nuncijs. Est etiam medicamentum animae tentationibus impudicitiae laborantis; quia dum corpus ad normam rationis componitur, animus etiam ab irrationalibus desiderijs liberatur.

IV.

C

Corpus tuum flagris, cilicis, vigilijs, hamicubationi

Basil. lib. de virgin. nit.

D

E

V.

tionibus, & aliis asperitatibus castigato. Quia caro procacissima est, & ex indulgentia ad lasciviam procedit; & ex licita commoditate ad veritam voluptatem venire contendit. Blanditiis ferè manescunt sylvestres, inquit Laurentius Iustinianus, caro autem proteruior efficitur. Blanditiæ proinde illi denegentur, ne præceptis in impium voluptatem feratur. Climacus sanè tentationi irruenti corporis castigatione obstandum esse, sic ait: Quo in tempore summum nobis adiutorium præstabit cilicium, & cinis, totisque noctibus statio immobilis, panis desiderium, ardens lingua, modicèque iurata, sepulchrorum habitatio, &c. Nec tentatio expectanda est, ut corpus asperitatibus affligamus, immò semper est fenerè, duritèrque tractandum, ne aduersus mundiciam insoleat. Quare iure optimo anima casta signatur in turture, quæ tempore viduitatis vitam arripit ab omni iudicio voluptatis alienam. Certeie est turturem, inquit Bernardus, tempore suæ viduitatis, sancta viduitatis opus strenuè atque insatigabiliter exequentem. Videas vbique singularem, vbique gementem audias, nec vniquam in viridi ramo residentem propicies, ut tu ab eâ discas voluptatum vitia velut virulenta vitare. Adde quod in iugis montium, & in summitatibus arborum frequenter illi conuersatio est: ut quod vel maximum propositum pudicitie decet, deceat nos terrena despiciere, & amare cœlestia: ex quibus colligitur, quod vox sit turturis prædicario Castitatis.] lam vox turturis audita est in terrâ nostrâ, cum in vocatio, ne religiosâ sumus inter alia ad Castitatem inuitati. Turturem imitemur, & vitam delicias auertentem instituiamus. Virginibus enim, & animabus castis vt adit castitatis honor, adesse etiam debet, vt inquit Prudentius:

*Et rara tenuisque epula, & mens sobria semper,
Lexque pudicitia vitæ cum sine peracta.*

Hanc ob causam Paulus electionis vas corpus affligebat. Nam castigo, ait, corpus meum, & in seruitutem redigo,] ne scilicet carnis petulantia impugnatu vel minima labi locum tribueret. Quod si tantus Apostolus castigatione corporis se indigere putauit, quid nobis faciendum, qui in manifesto periculo versamur, & aduersarios multos, & ad mortem nos expetentes, sustinemus, & minime spiritus primitias accepimus? Basilius certè eò vsque corpus contemnendum putat, vt propter amorem pudicitie nec aliquam inualetudinem horreamus. Quam ex Philosophis antiquis nonnulli ad virtutem vilem censuerunt, & consultò quasi rem iucundam adamarunt. Verba notanda huius sancti Patris hæc sunt. Proinde par est, nos totum corpus castigare, & quasi cuiusdam bestie impetus coercere, ac tumultus eos, qui in animo excitantur, ratione, veluti flagrio quodam, sedare: nec totis laxatis habenis voluptati, mens negligenda est, ne tamquam auriga quidam ab effrenatis equis summa cum violentia ageretur, distracta feratur, sed Pythagoram imitemur, qui cum didicisset quendam ex suis sese & exercitatione, & omni genere cibi saginare, ac carnosum reddere, sic inquit: Non desinis grauiorem tibi carcerem parare? Vnde etiam Platonem ferunt, cum ante animo percepisset nocumentum, quod ex corpore proficisci solet, de indutria Academiam elegisse, locum Atticæ vel maxime pestilentem, vt ita præcideret nimis

A bonam corporis dispositionem, veluti superfluum quandam vitis fertilitatem. Ego verò nimis bonam corporis habitudinem etiam periculosam esse de quodam medico accepi. Itaque istud nimium studium, quod in curando corpore ponitur, & ipsi corpori incommo est, & animis impedimento; vnde profectò manifesta insania est illi operam dare, ac morem gerere. In summa totum corpus contemnendum est ei, qui nolit in voluptatibus ipsius ac sterquilinio quodam voluari, aut vsque eò solummodo ei feruendum, quatenus, vt inquit Plato, ministrum se nobis ad Philosophiam præbet: haud dissimile dicens Paulo, qui monet nos, ne aliquam curam corporis habeamus ad concupiscentiarum occasionem. Hactenus ille.] Corpus ergo aliter quam animus regendum est; hic enim ratione, illud verò flagello domandum. Vires illi prudenter extenuandæ sunt, non vt functiones virtutum impediatur, sed ne lasciuat, & aduersus animæ salutem rebellet. Seruum fugitiuum non occidimus (hoc namque crudelitatis opus esset) sed ne fugiat, ferrea catenâ ligamus. Sic corpus non occidendum est, nec indiseretis afflictionibus conficiendum; at discreta asperitate ligandum, ne a nobis ad illicita fugiat, & à lege Dei, & rectâ ratione discedat.

Tandem ad instrumenta corporis, quibus Castitas gignitur, & augetur, pertinet secessio ab iis, qui proposito nostro impedimento esse possunt; & fuga ab occasionibus, in quibus positus homo raro se continet, & debitam pudicitiam custodit. In femina quasi omnia illa conueniunt, quæ omnes fugienda confitemur, vt ex his incommodis eius præsentissimum remedium Castitatis fugam esse discamus. Egregiè sanctus Ephraem mulieris propria depinxit. Quid, inquit, est mulier? Laqueus comptus, & homines in voluptate illiciens, quæ splendida quidem facie, & excelso collo oculis annuit, & genis atidet: linguâ verò dulciter canens, voce alios decipit, & sermone pellicit, vestes trahens, & pedibus ludens; formâ placens, & corpore fornicationem exercens, factisque occidens. Multos enim vulneratos, ait Paternialtes, deiecit, & innumerabiles occidit. Quocirca & propter speciem, inquit, mulieris multi perierunt; & ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit.] Quid est mulier? Naufragium super terram, fons nequitie, thesaurus immanditie, & malitie, mortifera conuersatio, atque confabulatio, oculorum perniciës, animarum exitium, cordis spiculum, iuuenum perditio, sceptrum inferni, & concupiscentia præceptis. Quid est mulier? Causa diaboli, requies serpentis, diaboli consolatio, dolor inconsolabilis, caminus succensus, eorum qui saluantur, offensio; malicia incurabilis, diurna confabulatio, hospitium lasciuorum, & officina dæmonum. Quid est mulier? Amor flagitiosus, bestia impudens, incontinentissimus impetus, effrenatum os rerum arcanarum, triumphus tenebrarum, dux delictorum, oblectamentorum magistra, insatiabilis concupiscentia nequitie, & æterni supplicij conciliatrix. Quid mulier? Prudentia terrena, viri secordia, concumbens incontinentia, excitata cura, vipera vestita, pugna voluntaria, quotidiana calamitas, procella domus, viri naufragium, immanis bellua, adulterorum diuersorium, arma diaboli, expetita rabies, exornata mors, vt non immeritò dictum sit à Sapiente: Breuis omnis mali-

E

Rom. 13.

VI.

Ephraem aduersus improbas mulieres. ca. 1.

Prou. 7. 26. Eccl. 9. 9

Eccl. 2. 5.

Inst. de disciplin. mon. 4.

Climac. gradus 15.

Bern. ser. 59. in Cant.

1. Cor. 9. 27.

Bas. orat. 8.



Proverb.
4. 25.
Proverb.
6. 25. 26.

Cyprian.
de operibus
cardinalibus.
Christi.

Aug. lib.
de honestate
mulierum. c.
2. tom. 9.

Hiero. 2.
contra Iovin.

ria super malitiam mulieris. Quod si tu ab huiusmodi cupis affectione, belluaque refugere; audi quid Paroemiastes dicat: Oculi tui recta videant, & palpebrae tuae praecedant gressus tuos. Et, Non concupiscat pulchritudinem mulieris cor tuum; ne capiaris nutibus illius: mulier enim viri pretiosam animam capit. Hæcille. Cum hæc omnia pertimescenda in vnam mulierem conueniant, merito ab illa securos nos putabimus, cum distitos viderimus. Flatus enim ille pestilens (vt ait Cyprianus) qui scilicet à muliere progreditur, etiam longè politos inficit, hocque certaminis genus fugam potius quam asultum requirit. Nec aliquis de tranquillitate, quam sentit, aut de longa castitate confidat. Nam stappa non accenditur, nisi cum iuxta ignem apponitur, & absurdum ac præsumptuosum est, quia pace perfrueris, occasionem belli quaritare. Vnde Augustinus sic ait: Dicet quis: Ego extraneorum mulierum familiaritatem habeo, & tamen castitatis ornamenta custodio: inter eas habito, & continentiam teneo. Attendatis quàm infelix & periculosa sit præsumptio. Multi enim cum se putabant vincere, victi sunt. Quid est dicere, volo habere, quod vincam, nisi, volo habere, quo peream? Vide ne videret parabas habere triumphum, æternum incurras opprobriū. Inter omnia enim Christianorum pia certamina, sola dura sunt prælia castitatis, vbi quotidiana pugna, & rara victoria. Grauem castitas sortita est inimicum, cui semper resistitur, & semper timetur. Nemo ergo se falsa securitate decipiat, nec de suis viribus periculosè præsumat. Dauid in mille passionibus pressus, mulierem nudam vidit, & statim homicidium simul fecit, & adulterium. Et cum mulieribus habitantes putant continentiam obtinere triumphum? Sic Augustinus. Nec solus aspectus, & conuictus mulieris fugiendus est, sed & aspectus virorum, præsertim adolescentium, & secessio secundum mensuram vocationis cuiusque diligenda, vt perfectam castitatem assequamur. Et quidem non multum à perfectionem sitientibus petimus, siquidem, quod homines sine fide ob amorem castitatis fecerunt, exposcimus. Multi enim Philosophorum, vt Hieronymus ait, reliquerunt frequentias vrbium, & hortulos suburbanos, vbi ager irriguus, & arborum comæ, & susurrus auium, fontis speculum, riuus immurmurans, & multæ oculorum auriumque illecebræ, ne per luxum, & abundantiam copiarum animæ fortitudo mollesceret, & eius pudicitia constupraretur. Nos maiores vires, nempe gratiæ vires, habemus, & in scopum altiorem beatitudinis, & perfectionis intendimus: & innumerabiles duces, qui eadem præstiterunt, sequimur, & huius virtutis progressus experimur; ad obtinendum ergo fastidium eius retardantia fugiamus. Hæc fuga non pusillanimitatis est, sed virtutis; non casus indicium, sed victoriæ; non apud Deum, & homines infamiam, sed gloriam nobis comparabit.

De Medijs ad Castitatem mente interiori exercendis.

CAPVT XV.



A N I M V S præcipua sedes castitatis est, cui adhibenda sunt plura, & efficaciora remedia, vt ipse castus existens corpus ad se trahat, & pudicitia quasi veste circumdet. In his autem inueniendis dili-

A gentissimi fuerunt animarum medici, scilicet Ecclesiæ Doctores, quorum hæc de re sententias colligimus.

Oportet ergo ad Castitatem, vt animus sciat, Castitatem donum Dei esse, neminemque sine eius gratia castum esse posse. Initium beneficij alicuius est auctorem eius agnoscere, & ab illo, quod cupis, expectare. Huius itaque doni auctor, & dator Deus cognoscendus est, & talis à nobis confitendus; ne dum à viribus nostris, vel ab alio, qui dare non valet, illud petimus, vacui, & risui expositi maneamus. Huius documentum Cassianum habemus auctorem, qui in hunc modum scribit: Certos tamen esse nos conuenit, quòd licet omnem continentiam distractionem, famem ac sitim scilicet, vigilas quoque, & operis ingitatem, atque incessabile subeamus studium lectionis, perpetuam tamen castimoniam puritatem horum laborum merito contingere nequeamus, nisi in his iugiter desudantes experientiam magisterio doceamur, in corruptionem eius diuinæ gratiæ largitate donari. Ob hoc sanè solummodo se vnusquisque infatigabiliter in his exercitijs perdurare debere cognoscat, vt per illoium afflictionem misericordiam Domini consequutus, de impugnatione carnis, ac præpotentium dominatione vitiorum diuino mereatur munere liberari, non quòd adepturum se per illa confidat istam, quam cupit, inuiolatam corporis Castitatem. Climacum etiam audiamus, qui sic ait. Nemo ex his, qui se studio Castitatis exercent, suis hanc laboribus aut sua industria se acquisisse putet. Nam possibile non est, vt quispiam naturam suam vincat. Vbi denique natura superata est, illic is, qui supra naturam est, aduenisse cognoscitur. Nam sine vlla controuerfia id, quod deterius est, à potentiore destruitur. Hanc notionem suæ imbecillitatis, & virtutis diuinæ consequutus, vim illius versiculi sancti Dauidis intelligit: Prouidebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam à dextris est mihi, ne commoueat. Scit enim, vt viam Castitatis ingredi incipiat, se à Domino excitari, & inuitari: vt in ea progrediatur, se ab eodem communiti vt fastigium eius teneat, aut in accepto gradu perseueret, se virtute Domini roborari. Qui si exigentibus peccatis nostris nos in potestate concupiscentiarum cordis nostri reliquerit, nec in adepto persistere, neque incepto progredi poterit mortalis infirmitas, immo neque hoc puritatis iter inchoare. Excipiamus itaque eiusdem Prophetae verba, dicentis: Oculi mei semper ad Dominum, quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos. Et ibi nostri cordis fixa sint lumina, ibi spes omnes nostræ collocata, vnde venturum est auxilium, quo vincamus.

Hanc sapientiam salutare, qua nouimus Deum esse Castitatis auctorem, feruens oratio comitetur, qua ab ipso Domino dare cupiente, mentis & corporis puritatem petamus. Equum est enim, vt orationis assidue manus à Domino accipiat, quod manus virium nostrarum ab alio obtinere non valet. Ex illa portitia prior Sapiens se ad orationem incitabat. Et vt scit, inquit, quoniam aliter non possem esse continens, id est, non possem continentiam seruare, (vt Augustinus, & Prosper interpretati sunt) nisi Deus det: adij Dominum, & deprecatus sum illum ex totis precordiis meis. Vide quomodo Patres hoc medicamen ad Castitatem habendam assignauerint. Originis verba sunt: Quidam calumniantur quod Christus ait: Quibus datum est, quasi exultationem habentes, & volentes quidem esse in Castitate, non autem præuolentes. Quibus est respon-

dendum:

I.

Cassian.
col. 12. c.
4.

Climac.
gradu
15.

Ps. 15. 8.

Psal. 24.
15.

II.

Sap. 8. 21.

Augul. 6.
Confes. c.
15.
Prosop. 8.
tra. col.
lat. c. 26.
Origin.
tra. 7. in
Matth.

dendum : siquidem simpliciter accipimus, quod dictum est, non autem attendimus, quod alibi dicit:

Luz. II. 9. Iffidor. li. 2. sent. c. 40. Climac. gradus 15.

Petite, & dabitur vobis. Iffidorus vero ait: A Deo datur continentia. Sed petite, inquit, & accipietis. Tunc autem tribuitur, quando Deus gemitu interno pulsant. Et Climacus. Exi cito, si possibile est, abscondere modicum secretius; eleua animæ aciem, si potes, sin verò vel exterioribus luminibus in cælum aspice. Extende in figuram crucis immobiles mantis, vt per ipsam quoque formam, & habitum orantis, Amalech confundas, & superes. Clama ad eum, qui saluare te potest, non in sapientia ornatiq; verborum, sed in simplicitate atque humilitate sermonis, ante omnia ita semper exordiens, Miserere mei, quoniam infirmus sum. Tunc experieris Altissimi virtutem, atque inuisibiliter inuisibiles per inuisibile persequeris auxiliũ. Qui sic pugnare affuefactus est, cito, ac solo nutu animi persequi hostes ac fugare poterit. Sic ille.] Frequenter igitur orandus est Deus, vt carnem nostram limosam emundet, vtque animam nostram corpori immerfam à desiderijs corporis liberet. Orandus est ardentem, & suspensum ac gemitibus quotidie inuocandus, vt proteruis hostis victus cadat, & animus instanter pugnans coronam castitatis accipiat.

III. Literarum studia, præsertim sacrarum, optima sunt Castitatis instrumenta, & iuuenibus valde accommodata; quibus & necessaria sibi, & alius discunt, & sapientes euadunt, & impudicitia cogitationes auertunt. Quapropter Sapiens huius vtilis laboris meminit, vt iuuenem ad Castitatem incitaret. Dic Sapientia, foror mea es; & prudentiam voca amicam tuam, vt custodiat te à muliere extranea, & ab aliena, quæ verba sua dulcia facit.] Si pulchritudinis, inquit, amator es, si verborum suauitate delectaris, ostendam tibi pulcherrimam sponfam, cuius amplexibus fatieris; ostendam sororem fidelissimam, & suauissimam, cuius alloquio miram percipias suauitatem. Sapientia tibi in sponfam data est. Nam quidam tui similis sum ego, qui & alio loco dixi. Quasi sponfam mihi eam assumere, & amator factus sum formæ illius.] Erit, inquam, sponfa tua perpetuo vinculo tibi coniuncta, propter quam habebis claritatem ad turbas, & filios ex ea, scilicet vtilissimos rerum sensus, accipies. Est etiam soror tua ex eodem Deo patre progenita. Hanc ergo sororem voca, & amicam appella, seu (vt clarius loquar) in locum sponsæ, sororis, & amicæ habe. Si ita feceris, illa te à concupiscentia carnis liberabit, & eius dolos ac fallacias, quibus te illaqueare nititur, deteger.

Prouerb. 7. 4.

Sapient. 8. 2.

IV. Iuuant etiam ad Castitatem desideria cœlestia, quorum præsidio in diuina ac supernaturalia tendimus, ac eo ipso terrena, & præsertim carnalia & impura, exhortemur. Et sicut contrarium contrario pellitur, & frigus calore: ita cogitatio carnalis cogitatione spirituali; & desiderium obsecratorum sanctis desiderijs superatur. Quod aduertens Cassianus ait: Alias namque non possunt desideria præteritum rerum reprimi, vel auelli, nisi pro istis affectibus noxiis, quos cupimus amputari, alij salutares fuerint intronissi. Nullatenus enim valet viuacitas mentis absque alienius desiderij, vel timoris, gaudij, vel meroris affectione subsistere, nisi hæc eadem in bonam partem fuerint immutata. Et idcirco si carnales concupiscentias de cordibus nostris desideramus extrudere, spirituales earum locis plantemus protinus voluntates, vt his nossemus animus semper innexus, & habeat, quibus iugiter immoretur, & illecebras præsentium, ac temporalium

Cassian. est. 12. c. 5.

A respuat gaudiorum.] Animus dum his sanctis cogitationibus, & desiderijs affuecit, ingentes in illis reperit voluptates. Tales profecto, quæ ipsum non pungant, sed mulceant: tales, quæ post discessum non contristent, sed delectent. & ita satisfaciant, vt eas à Domino iniici, contrarias verò à malo spiritu immitti, aperte cognoscant. Et iam sponte eligit homo cogitationibus immundis carere, vt mundas habeat; & desideria mala abscondere, vt bona possideat. Sic sensim beneficio Domini castus efficitur, & ab omni obscenitate, tum corpore, tum mente separatur.

V.

B Confert insuper plurimum in aliis rebus Dei facere voluntatem. Nam qui eius iussus obtemperat, meretur profecto vt iuxta desiderium suum donum Castitatis obtineat. Reges seruis fideliter obsequentiis postulara concedunt; quid mirum, si supremus rex regum, cuius est misereri, & parcere, & copiam beneficiorum effundere, hoc donum cupitæ puritatis homini tribuat, si eum fidelem, & suis præceptis obedientem agnoscat? Merito ergo Tertullianus sic alloquitur virginem: Nupsisti Christo, illi et ad idisti carnem tuam, illi sponsasti maturitatem tuam. Incede secundum sponsi tui voluntatem. Christus est, qui & alienas sponfas, & maritas velari iubet, vtique multò magis suas.] Si in hac re obtegendi caput voluntas Dei à virgine facienda est, quanto diligentius in rebus maioribus est explenda, vt his obsequijs fidelibus gratiam seruandæ puritatis mereatur.

Tertul. li. de uel. uirg. c. 16.

C Hoc de uelands capitibus mulierum ad circumspectionem pertinet. Qui autem uult Castitatem seruare in omnibus, circumspectionem teneat necesse est, diligentèrque consideret, ubi pedem suum figat, ne per lubricum incedens cadat. Videat Castitatis amator quò ingrediatur, unde egrediatur, cum quibus conuersetur, quos socios habeat, quid audiatur, quid videat, quid manibus tractet. Omnia enim sunt plena periculis, nisi quis prudenter se gerat, & vt casum caueat, se vndique circumspectat. Bernardus de uirginibus hæc dicit, & idem de omnibus Castitatem seruare uolentibus diceret. Solent uirgines, quæ uerè uirgines sunt, semper pauidæ, & nunquam esse securæ, & vt caueat timenda, etiam ruta pertimescere; scientes se in uasis fictilibus thesaurum portare pretiosum; & nimis arduum esse uiuere Angelicè inter homines, & in terris more cœlestium conuersari, & in carne cœlibem agere uitam.] Nemo de longâ Castitate confidat, nec de animi fortitudine, qua se putat in luctu uicturum; quia robur Spiritus sancti nobis aderit, si cauti uixerimus; si autem temerariè nos periculis ingererimus, discedet. Vnde Cyprianus inquit: Vnusquisque itaque, qui securus est, quia necdum tentatur, timeat: quia nihil de illo dicitur, prospiciat, ne dicatur. Homines sumus, fragilitatem nostram carne portamus. Sic iam vndique nos circumspecta viuacitate circumdare debemus, & cingere, vt non sit pars aliqua, quæ uacillet. Accipimus quidem fortitudinem spiritalem, per quam substantia nostræ fragilitas roboretur. Sed ita nobis spiritualis fortitudo collata est, vt prouidos, non vt præcipites tueatur. Vt illos muniat, qui renunciant importunitatibus delictorum, non eos, qui se magis importunis delictis immergunt. Custos nobis datus est spiritus, sed vt contraria declinantibus assistendo subueniat; non vt contraria eligentibus faueat; nec vt uoluntarios, & pronos in aduersa confortet; sed vt ab aduersis nitentes separari consuetet. Nam quicumque perniciosis conatibus audet exercere uirtutem, inuicem non habet Spiritus sancti, qui neminem uult uitro-neum uirum fortem ad fraudulentas uictorias coar-

VI.

Bern. bo. 5. super missus est.

Cyprian. de singul. larit. cler. c. 10.



ctari: nec protegit eum, quinimmo sed deserit, quem periculis irruentem per illicitos euentus exquirere triumphos agnouerit. Sicut ipse iam tunc per Salomonem locutus est, dicens: Amans periculum, in ipso peribit. Nec etiam sanctitas, & cumulus virtutum adeptus quemquam securum reddidit; quia sancti quoque si cautionem deserant, solent à carne suâ, quam domuerunt, vinci, & à prauâ concupiscentiâ superari. Atque ideo idem sanctus Pater Cyprianus post pauca ita profectur: Non est quod vobis in hac persuasionem deceptoriam blandiamini; vt quia spirituales estis, velitis inter flagitiosorum armamenta versari, nec vos inhabiles esse pro Clericatus dignitate, quia maiores maioribus consueverunt conflictiones occurrere. Acris diuitibus, quàm pauperibus inuidetur, & non inopes, sed locupletes inquietar infestatio sæua latronum. Plus duces, & Principes, quàm milites ab hostibus appetuntur in pugna: & violentius propulsantur ventis & turbinibus culmina quæcumque sunt altiora. Ideo magis magisque quod plus cæteris vnusquisque potest, sciat esse sibi metuendum, ne in aliquo minoretur. Propter quod Salomon sic admonet, dicens: Qui gloriatur, inquit, in diuitiis, paupertatem vereatur. Et ad idem inquit Hieronymus. Vis scire ita esse vt dicimus, accipe exempla. Samson leone fortior, & saxo durior, qui & vnus, & nudus mille percutus est armatos, in Dalila mollescit amplexibus. Dauid secundum cor Domini electus, & qui venturum Christum sancto sape ore cantauerat: postquam deambulans super tectum domus suæ, Bethsabeæ captus est nuditate, adulterio iunxit homicidium. Vbi & illud breuiter attende, quod nullus sit, etiam in domo, tutus aspectus. Quapropter ad Dominum penitens loquitur: Tibi soli peccaui, & malum coram te feci. Rex enim erat, & alium non timebat. Salomon, per quem cecinit ipsa Sapientia, qui disputauit à Cedro Libani vsque ad hysopum, quæ exiit per parietem, recessit à Domino, quia amator mulierum fuit. Et ne quis sibi de sanguinis propinquitate confideret, in illicitum Thamar fororis Amnon frater exarsit incendium. Piget dicere quot quotidie virgines ruant; quantas de suo gremio mater perdat Ecclesia, super quæ sidera inimicus superbus ponat thronum suum; quot petras excauet, & habitat colubet in foraminibus earum. Hactenus ille. Quod si sancti homines ceciderunt, & in occasione impudicitie se ipsos huius vitij impuritate fœdarunt; quis erit tam sanctus, aut potius tam temerarius, qui carnis suæ laqueos non timeat, & in prunis ardentibus alacer & securus incedat: Castitas sanè ex cautione dependet, & sicut ferè nihil est discriminis (si nomina spectemus) inter castum, & cautum: ita in rebus nulla reperitur ferè diuersitas, sed qui castus fuerit, cautus etiam erit; & qui noluerit cautè se gerere, malè poterit Castitatem seruare.

VII.

Initia impudicitie, scilicet primas cogitationes se se insinuantes expellito. Nam si hosti ingressum denegaueris, nunquam te impugnatione prosterneret. Ingressus autem tentationis est impura cogitatio, ex qua ad concupiscentiam, & ex concupiscentiâ ad consensum, & ex hoc ad opus peruenitur. At qui eò vsque castus est, vt nec obscœnum quid cogitet, & si quid huiusmodi se ingesserit, statim abiiciat, is erit Castitate perfectus. Merito proinde Hieronymus hanc cutam expellendi cogitationes malas Virgini Eustochio in hunc ferè modum commendat. Non soluitur fascia pectoralis, sed statim vt libido titillauerit sensum, aut blandum voluptatis incendium dulci nos calore perfuderit, erumpamus in vocem;

Eccles. 3. 27.

Cyprian. supra.

Eccles. 10. 34.

Hieron. epist. ad Eustoch.

Pf. 50. 6.

Hieron. ep. ad Eustoch.

A Dominus auxiliator meus, nò timebo quid faciar mihi caro. Cùm paulatim interior homo inter vitia, atque virtutes cæperit fluctuare, dicit: Quare tristis es, anima mea, & quare conturbas me? Spera in Deo, quia confitebor illi salutare vultus mei, & Deus meus. Nolo finas cogitationem crescere; nihil in te Babylonicum, nihil confusionis adolefcat. Dum paruus est hostis, interfice: ne quitia, ne zizania crescant, elidatur in femine. Audi Psalmistam dicentem: Filia Babylonis misera; beatus, qui retribuet tibi retributionem tuam. Beatus, qui tenebit, & alidet paruulos tuos ad petram. Quia enim impossibile est in sensum hominis non irruere inartum medullarum calorem; ille laudatur, ille predicatur beatus, qui vt cepit cogitare sordida, statim interficit cogitatus, & alidit ad petram, petra autem Christus est. Hactenus Hieronymus. Hæc autem cogitationum mundicia tanti momenti est, vt propter illam sensus extreni cohibeantur. Ideo enim Iob [pangit fœdus cum oculis suis,] ne ex visu ad cogitationem transeat, & aliquid minus castum cogitatione concipiat. Sensus namque externi, & cogitatio, & cætera, quæ sequuntur, vt annuli catena sunt, quorum si primum prendas, cæteros trahes: & etiam si primum rollas, reliquos submoueabis. Sensus ergo cohibentur, ne immunda cogitatio moueatur, & cessante cogitatione, nec concupiscentia titillat, nec consensus turpat, nec opus inquinat, sed manet homo vndiquaque munitus, & castitate possessus.

C Animus patientia continendus est, vt à carnis impugnationibus liberetur. Quem si iracundia vice-rit, etiam caro superauit. Facile est hominem ab vno hoste victum ab alio superueniente calcari, quia primus casus eum pusillanimum fecit, vt in secundo conflictu vix tueri se possit. Sic impudicitia deicit, quem impatientia subuertit. Impatientia, inquam, illa, quæ quæ iniurias ferre nolit, quia tædio affectus carni suæ non resistit impura poscenti: vel illa, quæ minimè tentationes tolerare sustinuit; quia qui pugnam sustinere renuit, absque dubio ab impugnantem vincetur. Sapienter itaque Cassianus ad Castitatis mundiciam tendendam iracundia victoriam postulauit. Sic enim scripsit: Quantum enim quis in lenitate ac patientia cordis, tantum in corporis puritate proficit: quantoque longius iracundia propulerit passionem, tanto Castitatem tenacius obtinebit. Non enim æstus corporis declinabit, nisi, qui animi motus antè compresserit. Quod apertissime Saluatoris nostri ore laudata beatitudo declarat, Beati, inquit, mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Non ergo aliter nos possidebimus terram, id est, non aliâ ditioni nostræ rebellis huius corporis terra subdetur, nisi mens nostra prius fuerit patientia lenitate fundata: nec poterit quis aduersus carnem suam insurgentia libidinis bella comprimere, nisi prius armis mansuetudinis instruat. Mansueti enim possidebunt terram, & inhabitabunt in sæculum sæculi super eam. Hanc, inquam, terram quemadmodum obtinere possimus, idem Propheta in Psalmi ipsius consequentibus edoce t. Expecta Dominum, & custodi viam eius, & exaltabit te, vt hæredites terram. Constat ergo ad possessionem terræ firmiter obtinendam, neminem posse ascendere, nisi illos tatum, qui per immobile patientia lenitate vias Domini duras ac præcepta seruantes, de cæno carnalium passionum extrahente eodem fuerint exaltati. Hæc, & multa alia ad hoc propositum Cassianus. Mansueti itaque hæreditabunt terram] corporis sui, [& delebuntur in multitudine pacis;] quia dum se ad lenitatem composuerint, & nec iniuriarum

Psal. 117. 6.

Psal. 41. 6.

Psal. 136. 8. 9.

Iob. 31. 1.

VIII.

Cassian. c. 11. 6.

Math. 5. 4.

Psal. 36. 11. 29.

Psal. 36. 11.

perpensione,

perpelliōne, nec tentationum infestatione turbaent, sed immobiles in bello, arque in tranquillitate persistant, nunquam se sinent ab hoste prosterni. Immo ille iratus atque contemptus, videns, se neque vsque ad turbationem animæ posse proficere, à conatu tentandi desistet. Tentat enim, vt hominem in cœnum immunditiæ prouoluat, aut saltem, vt in inquietudinem ac perturbationem deiciat: si verò nec fœdat, nec commouet, vt ilius sibi putat fugere, quàm sine commodo suo, & casu nostro carnis impugnationem protelare.

IX. Sicut autem patientia, ita & humilitas est instrumentum habendæ castitatis. Quoniam qui se humiliat, ad celsitudinem castitatis exaltatur; & qui se per superbiam exaltat (Deo permittente) in vilitatem impudiciæ ab hoste deicitur. Solètque Deus arrogantiam, & elationem animi luxuriâ punire, vt qui se iniuste reliquis hominibus anteposuit, bellis quodammodo irrationabilibus supponatur. Est enim impudicus bestis inferior, quia illæ ad necessitatem, & speciei conseruationem, voluptatem quærunt; hic verò officio natura, vt voluptatis feruus abutitur. Luxuria ergo ex superbâ generari dicit Climacus his verbis: Abrenunciationem quidam doctissimi viri pulchre ita definiunt: Aiuunt quippe, illam inimicitiam esse aduersus corpus, atque aduersus gulæ concupiscentiam inexorable bellum. In his quidem, qui rudes imbuntur, lapsus corporis, ex deliciis maxime fieri solet: in mediocribus verò etiam ex elatione animi. Porro in his, qui perfectioni proximiores sunt, solummodo ex condemnatione contemptuque superbo proximi. E contra verò humilitatem esse castitatis matrem, ipse postea in hunc modum asserit. Qui concupiscentiâ gulæ ac farietate, fornicationis spiritum vincere vult; is ei similis est, qui oleo extinguit incendium. Qui verò solâ continentiam bellum hoc sedare, vel superare nititur, ei similis est, qui vnâ manu natans, pelago liberari contendit. Sic ergo humilitas continentiam coniuncta, nam sine illâ prior hæc inutilis agnoscitur. Et Cassianus inquit in cœntia carnis docere, vt si integritatem cordis perpetuò consequi delectamur, humilitatis studeamus virtutem iugiter obtinere. Comprime igitur elationis spiritum, & te omnibus tum maioribus, tum æqualibus, tum minoribus subice, vt à Domino, qui huius doni dator est, castitatis spiritum consequaris.

X. Meditatio deinde mortis multum ad castitatem valet. Vt enim dixit Laurentius Iustinianus: Nihil ad edomandum desiderium carnalium appetitum tam valet, quàm vt quisque amore continentiam sedulo hoc quod viuunt diligit, mortuū penset. Reddit autem rationem Gregorius, ex quo ille desumpsit. Quia considerata corruptione carnali, citius cognoscitur, quia cum illicite caro concupiscitur, tabes desideratur. Si ergo impudicum consideres, [dulcedo illius vermes,] quia in carne, quæ futura est cibus vermium, delicias suas collocat, & dum carnem diligit, ad putredinem & tabem anhelat. Atque adeo cum te hæc sagitta tactum senseris, statim inter alia, quæ meditari poteris, ad memoriam mortis recurre, vt sicut ex viperâ mortuâ thersaca contra venenum componitur: ita ex carne mortuâ, seu ex eius consideratione aduersus luxuriæ vitium medicamentum efficiatur. Inmo & si in alio sensu accipias mortis meditationem; ipsa est presentissimum castitatis tuendæ remedium. Nam mortis meditatio, vel imitatio est, quæ impugnatōres castitatis vincit, & eam ab omni labe defendit. Dicit Bernardus quinam sint hostes castitatis. Fortè, inquit, patuum aliquid reputatis continentiam vestram, sed ego non ita.

A Scio enim quos habeat impugnatōres, & quantæ illam necesse sit esse virtutis, vt possit resistere talibus: Primus siquidem continentiam nostræ hostis caro est aduersus spiritum concupiscens. Quam domesticus hostis, quàm perniciofa lucta, quàm intestinum bellum! Hostem nec crudelissimum nec fugere possumus (ô anima mea) nec fugere: circumferre illum necesse est, quoniam alligatus est nobis. nam quod periculosius est, & mirabilius, hostem nostrum ipsi cogimur sustentare, perimere eum non licet. Vide ergo quàm sollicitè te custodire necesse sit ab eâ, quæ dormit in sinu tuo. Veruntamen non est hic solus aduersarius mihi, alium adhuc habeo, qui circumcinxit, & obfedit me vndique, & si ignoratis, hostis ille est præsens sæculum nequam. Conclucit inimicus vias meas, & per quinque portas, quinque videlicet corporis sensus, iaculis suis vulnerat me, & mors intrat per fenestras meas. Sufficere nimis poterant isti duo. Sed (heu me) ecce video ventum validum venientem ab Aquilone, à quo panditur omne malum. Et nunc, quid superest aliud? Domine salua nos, perimus. Ecce enim malleus vniverſa terra. Ecce serpens callidior cunctis animantibus. Ecce inimicus ille, quem nec videre possum, quanto minùs cauere? [Nec enim est colluctatio] seruare volentibus (continentiam autem dico, non à solâ luxuriâ, sed à ceteris quoque, sicut necesse est, vitiiis & peccatis) [aduersus carnem, & sanguinem tantum, sed aduersus principes, & potestates, aduersus mundi rectores tenebrarum harum, contra spiritualia nequitia in cœlestibus.] Et quis est, qui iacula eorum ignea possit extinguere? Parauerunt sagittas suas in phatetrâ, vt sagittent in obscuro rectos corde: sed & narrauerunt, vt absconderent laqueos, & dixerunt: Quis videbit nos? Nunc quidem aperte, & violenter, nunc occultè, & fraudulenter; semper autem malitiosè, & crudeliter impugnant, & persequunt nos: & ad hæc toleranda, ne dicam superanda, quis idoneus? Sed his hostibus commentatione, aut imitatione mortis obstitimus. Si caro blandiatur, & ad suas impuras voluptates pertrahat, vt mortuus, ea quæ offert, non videas. Si mundus suadere conetur, & ad sequelam voluptatiorum allicere, velut mortuus eius iuasionem non audias. Si dæmon oblatret, & viam castitatis, inueni aut malè affueto impossibilem esse dicat, instar mortui ad illius dicta non attendas. Ita mortis meditatione, & imitatione vitam angelorum æmulamur, dum mentis & corporis puritatem custodimus.

D Iuuat etiam ad castitatem, si homo se infernum semper in hac parte, & imbecillum existimet. Et quemadmodum agrorum à minimis cauet, quæ vtilis nullatenus periret: ita & amator puritatis ea fugit, licet minima videantur, quæ vel à longè possunt aliquam minùs honestam cogitationem inuadere. Ad hoc facit, quod Laurentius Iustinianus ait, dum media pro tuendâ castitate conscribit. Postremo iuuat, inquit, euitatio opportunitatis peccandi, scilicet personæ, loci, & temporis. Ante ignem namque consistens (etiam si frigidus sit) aliquando dissoluitur. Proximus periculo, diu tutus non est. Per assiduitatem citò peccat homo. Sape familiaritas implicauit, sape occasionem peccandi dedit, & quos voluptas non potuit in primordio, assiduitas postea superauit. Melius denique est habere malorum diuortium, quàm consortium; quia sicut bona multa habet laudabilis vita, & frequens conuersatio sanctorum: sic plurima mala sacetas affert malorum; quam quicumque tenent, continentiam nunquam tenere valebit. Sic ille. Malorum igitur, & impud-

Climac. grad. 15.

Cass. col. 4. c. 15.

Inst. in li. quo vitæ de continent. c. 2.

Greg. 16. mor. c. 31.

Io. 14. 20. Amb. vit. lib. 1. c. 1.

Bernard. 3. in Dom. 4. post Pentecostem.

Matth. 8. 25.

Ephes. 6. 12. Pf. 10. 3.

Pf. 63. 6.

XI.

Inst. sup. c. 5.

corum,

corum, aut suspensorum societas perfectis non nocuit, quia tantum robur metis habent, ut possint eos ad suam imitationem adducere, & minime ipsorum malicia perverti. At in imperfectum & infirmum te putas, omnes huiusmodi fugies, qui potius te ad se trahent, & ab amore mundicie diuellent.

XII.

Bern. ser. de septē donis.

Postremum tandem instrumentum est consilium Prælati, aut spiritualis magistri, qui Spiritus sancti vocatione doctus sciet iuxta capacitatem, aut necessitatem suam remedia convenientia applicare. Nam impudicitie monstrum non tam violentiā quam prudentiā, & quasi arte quadam vincendum est. Hæc autem in magistris spiritualibus residet, qui Deo & experientiā docentibus, sciunt ingenia subiectorum cognoscere, & apta illis remedia præscribere. De quo Bernardus de praua concupiscentiæ consuetudine loquens, hæc ait: Est autem consuetudo hæc grauis quedam & perniciosa catena, soluenda vtrique facilius quam rumpenda: vt hic maxime vulgare illud prouerbium videatur vsurpari, industriam violentiā potiore, vt quemadmodum vis vi repellitur, & feruore spiritus feruor extinguitur desideriorum, vt maligni artem arte deludas, & consuetudini consilium apponas. Alioquin si fortè violentiam queras, & castigationem corporis speres consuetudini præualere, timendum omnino est, ne sit perniciosus labor, & prius ipsa substantia deficiat, quam inolita concupiscentia, præsertim quòd altera quedam natura sit ipsa consuetudo. Necessarium itaque est consilium vel ab ipso magni consilij Angelo ministratum, vel ab homine aliquo spirituali, qui cogitationes Satanæ spiritualiaque remedia non ignoret. Subtrahenda nobis occasio est, & opportunitas fugienda peccati. Legimus, fratres, in eremo fornicationis spiritu quempiam impugnatum laudabili proflus industria à Patre curatum. Aduocans enim senior fratrem alterum secretò, iussit vt eundem laceraret iniuriis, & prior ipse quasi accepta ab eo iniuriā quere-ret. Anxiabatur ille, & confusus vehementer, sic in breui oblitus est pristinæ tentationis, vt querenti de eâ non sine admiratione plurimâ responderet: Pape, viuere non licet, & fornicari libet: Hætenus ille. His igitur octodecim instrumentis, Deo auxiliante, poterimus fastigium castitatis obtinere. Quorum licet aliqua supra contra luxuriæ vitium disputantes attulerimus: hæc autem aliis rationibus, & Patrum, ac scripturæ dictis, vt nihil repeteremus, confirmauimus.

De Amore Castitatis.

CAPVT XVI.

AM, tractatione hac de Castitate ad finem properante, nos interim eius amore & studio flammemur, sine qua status noster deficit, cõuersatio religiõsa perit, & laborum pro virtute admissorum structura labascit. Hæc fructus est Spiritus sancti, vt ait Paulus, quam ille spiritus puritatis in nobis procreat, vt mentem Castitate fulgentem, & aliis fructibus abundantem sui domicilium efficiat. Hæc nos diuinæ lucis, & salutatis compunctionis capaces facit, & fortes ad difficiliore tentationes superandas reddit. Candelabra templi, super quæ lucernæ ponebantur, erant quasi liliij flores, & labium lateris quasi labium calicis, & folium repandi liliij: & super capita columnarum opus in modum liliij. Quid hoc per mysterium significat, nisi Castitatis elogia? Quòd ipsa scilicet lilio signata est, quasi pulcherrimum candelabrum, in qua lux sapientiæ cœlestis fulgere cognoscitur: & quasi mare æneum, in quo compunctionis aqua ad abluendas sordes mentis optime seruatur: &

Galat. 5. 22.

3. Reg. 7. 49.

n. 26. n. 24.

A

quasi summitas columnarum fortitudinis, quibus pondera irruentium tentationum diaboli sine periculo sustinentur. Hæc est quasi lectulus Salomonis, in quo Christus verus Rex pacificus libenter requiescit, quemque ne inquietetur, spinâ peccati quasi sexaginta fortibus ambientibus, prædictis instrumentis præmunis. Hæc virtus est inter alias maxime necessaria, ne cõuersatio nostra inuidorum & maleuolorum hostibus pateat, Paulus enim monet, ne cuiquam offensionem aliquam demus, vt nõ vituperetur ministerium nostrum. [Sed in omnibus, ait, exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros in multâ paciẽtiâ, in tribulationibus, in necessitatibus.] Et postea subdit: In Castitate, in scientiâ, in longanimitate,] quasi castitas profus necessaria sit, vt apud alios bonum nomen habeamus. Hæc reliquas virtutes in suo decore continet. Est enim cingulum animæ, de quo dictum est: Sint lumbi vestri præcincti.] vt licet si cingulum in amictu corporis desit, vestes minus decenter aptantur, & hinc inde trahuntur: ita si cingulum Castitatis deposuerimus, alia animæ bona per deuiâ & immunda raptantur. Hæc est, vt quidam sub nomine Cypriani ait, quæ mundiciam custodit, auaritiã refrenat, lites deuitat, iram mitigat, libidinem occupat, cupiditatem temperat, lasciuiam castigat, ebrietatem cauet, verba non multiplicat, gulæ concupiscentias purgat, furtum omnino damnat. Quid plura? omnia vitia restringit, & omnes virtutes, & quicquid coram Deo, & bonis hominibus laudabile est, nutrit. Ornamentum nobilium est, exaltatio humilium, nobilitas ignobilium, pulchritudo debilium, prosperitas laborantium, solamen merentium, augmentum omnium pulchritudinis, decus religionis, defensio criminum, multiplicatio meritorum, creatoris omnium Dei amicitia.] Nõ quidem quia castitas Dei amicos cõstituat, quod propriũ est gratiæ charitatiq; , sed quia sæpe animâ Deo esse amicam, & gratam, vt non leue indicium signat.

Canit.

1. Cor. 6. 4. 6.

B

Castitatem voto complexi sumus: eam igitur non solum propter iram, sed & propter conscientiam tenemus. Propter iram quidẽ; quia Deus impudiciã in omnibus, sed præcipuè in his, qui voto se illi dicarunt, seuerè castigat. Nam sacrilegij crimen admittit, dum votum violat, & templũ corporis & mentis suæ Deo dicatum inuerecundè profanant. Propter conscientiam verò, quia dũ conscientia hominis, impudiciæ vitii maculatur, malum culpæ grauissimũ omni malo pœnæ maius incurritur. Etiam quia conscientia peccatis luxuriæ, in his præcipuè, qui votum Castitatis emiserunt, incredibili dolore torquetur. Et multi sanè propter timorẽ temporalis pœnæ, aut propter bonam apud homines opinionẽ se continerent: quanto magis, qui sapiunt, ad vitas æternas pœnas, & perpetuam infamiã, debent se continere, & Deo nuncupata vota seruare? Diligant igitur casti Castitatẽ, quia amabilis est. Hæc ab Ambrosio apud meritò cõparatur. Nã rore pascitur apis, nescit concubitus, mella cõponit. Illi cibus flos est; ab illâ ore soboles legitur, ore fauus suauissimus fabricatur. Sic anima casta sermone diuino eruditur, & dum alienũ corpus fugit, Deo noticiã & affectu iungitur, & perituras delicias abiiciens, æternæ dulcedinis amore capta tenetur. Diligant illã, quia mundicia vas est, scilicet mentis, & corporis nostri, vt illa cœlestes consolationes capiat, & istud corpus ipsum Domini venerabilissimo sacramento rectè recipiat. Nec enim liquor ille consolationũ cœlestiũ, qui ad instar vini noui feruet, in virem veterẽ, hoc est, in mentẽ impudiciã corruptam mittendus est; nec margarita pulcherrima dominici corporis, porcis, id est, imparis cordib; offerenda, & immudorũ hominũ

Luc. 12. 35.

Lib. de 12. abbasibus c. 5.

C

Castitatem voto complexi sumus: eam igitur non solum propter iram, sed & propter conscientiam tenemus. Propter iram quidẽ; quia Deus impudiciã in omnibus, sed præcipuè in his, qui voto se illi dicarunt, seuerè castigat. Nam sacrilegij crimen admittit, dum votum violat, & templũ corporis & mentis suæ Deo dicatum inuerecundè profanant. Propter conscientiam verò, quia dũ conscientia hominis, impudiciæ vitii maculatur, malum culpæ grauissimũ omni malo pœnæ maius incurritur. Etiam quia conscientia peccatis luxuriæ, in his præcipuè, qui votum Castitatis emiserunt, incredibili dolore torquetur. Et multi sanè propter timorẽ temporalis pœnæ, aut propter bonam apud homines opinionẽ se continerent: quanto magis, qui sapiunt, ad vitas æternas pœnas, & perpetuam infamiã, debent se continere, & Deo nuncupata vota seruare? Diligant igitur casti Castitatẽ, quia amabilis est. Hæc ab Ambrosio apud meritò cõparatur. Nã rore pascitur apis, nescit concubitus, mella cõponit. Illi cibus flos est; ab illâ ore soboles legitur, ore fauus suauissimus fabricatur. Sic anima casta sermone diuino eruditur, & dum alienũ corpus fugit, Deo noticiã & affectu iungitur, & perituras delicias abiiciens, æternæ dulcedinis amore capta tenetur. Diligant illã, quia mundicia vas est, scilicet mentis, & corporis nostri, vt illa cœlestes consolationes capiat, & istud corpus ipsum Domini venerabilissimo sacramento rectè recipiat. Nec enim liquor ille consolationũ cœlestiũ, qui ad instar vini noui feruet, in virem veterẽ, hoc est, in mentẽ impudiciã corruptam mittendus est; nec margarita pulcherrima dominici corporis, porcis, id est, imparis cordib; offerenda, & immudorũ hominũ

Ambros. 1. de virginibus.

D

Castitatem voto complexi sumus: eam igitur non solum propter iram, sed & propter conscientiam tenemus. Propter iram quidẽ; quia Deus impudiciã in omnibus, sed præcipuè in his, qui voto se illi dicarunt, seuerè castigat. Nam sacrilegij crimen admittit, dum votum violat, & templũ corporis & mentis suæ Deo dicatum inuerecundè profanant. Propter conscientiam verò, quia dũ conscientia hominis, impudiciæ vitii maculatur, malum culpæ grauissimũ omni malo pœnæ maius incurritur. Etiam quia conscientia peccatis luxuriæ, in his præcipuè, qui votum Castitatis emiserunt, incredibili dolore torquetur. Et multi sanè propter timorẽ temporalis pœnæ, aut propter bonam apud homines opinionẽ se continerent: quanto magis, qui sapiunt, ad vitas æternas pœnas, & perpetuam infamiã, debent se continere, & Deo nuncupata vota seruare? Diligant igitur casti Castitatẽ, quia amabilis est. Hæc ab Ambrosio apud meritò cõparatur. Nã rore pascitur apis, nescit concubitus, mella cõponit. Illi cibus flos est; ab illâ ore soboles legitur, ore fauus suauissimus fabricatur. Sic anima casta sermone diuino eruditur, & dum alienũ corpus fugit, Deo noticiã & affectu iungitur, & perituras delicias abiiciens, æternæ dulcedinis amore capta tenetur. Diligant illã, quia mundicia vas est, scilicet mentis, & corporis nostri, vt illa cœlestes consolationes capiat, & istud corpus ipsum Domini venerabilissimo sacramento rectè recipiat. Nec enim liquor ille consolationũ cœlestiũ, qui ad instar vini noui feruet, in virem veterẽ, hoc est, in mentẽ impudiciã corruptam mittendus est; nec margarita pulcherrima dominici corporis, porcis, id est, imparis cordib; offerenda, & immudorũ hominũ

E

Castitatem voto complexi sumus: eam igitur non solum propter iram, sed & propter conscientiam tenemus. Propter iram quidẽ; quia Deus impudiciã in omnibus, sed præcipuè in his, qui voto se illi dicarunt, seuerè castigat. Nam sacrilegij crimen admittit, dum votum violat, & templũ corporis & mentis suæ Deo dicatum inuerecundè profanant. Propter conscientiam verò, quia dũ conscientia hominis, impudiciæ vitii maculatur, malum culpæ grauissimũ omni malo pœnæ maius incurritur. Etiam quia conscientia peccatis luxuriæ, in his præcipuè, qui votum Castitatis emiserunt, incredibili dolore torquetur. Et multi sanè propter timorẽ temporalis pœnæ, aut propter bonam apud homines opinionẽ se continerent: quanto magis, qui sapiunt, ad vitas æternas pœnas, & perpetuam infamiã, debent se continere, & Deo nuncupata vota seruare? Diligant igitur casti Castitatẽ, quia amabilis est. Hæc ab Ambrosio apud meritò cõparatur. Nã rore pascitur apis, nescit concubitus, mella cõponit. Illi cibus flos est; ab illâ ore soboles legitur, ore fauus suauissimus fabricatur. Sic anima casta sermone diuino eruditur, & dum alienũ corpus fugit, Deo noticiã & affectu iungitur, & perituras delicias abiiciens, æternæ dulcedinis amore capta tenetur. Diligant illã, quia mundicia vas est, scilicet mentis, & corporis nostri, vt illa cœlestes consolationes capiat, & istud corpus ipsum Domini venerabilissimo sacramento rectè recipiat. Nec enim liquor ille consolationũ cœlestiũ, qui ad instar vini noui feruet, in virem veterẽ, hoc est, in mentẽ impudiciã corruptam mittendus est; nec margarita pulcherrima dominici corporis, porcis, id est, imparis cordib; offerenda, & immudorũ hominũ

affectibus

affectionibus conculcanda. Ac denique diligent Castitatem, quia Christus tenerrimè eam adamauit, & laudauit: Beata Virgo Dei mater summè dilexit, & simul cum honorabili maternitate, qua Dei mater effecta est, omnino seruare voluit: sancti omnes complexi sunt. Nullus enim eorum fuit, qui vel castitatem perfectam non professus fuerit, vel saltem in votis non habuerit, & aliquem eius odorem non senserit. Nam & ipsi sancti coniugati à castitate in suo gradu non fuerunt immunes, & quam in summo perfectionis gradu, statu repugnant, non coluerunt, affectionibus, & desiderijs, & vera notitia dignam omni amore & ueneratione putarunt.

Qui nondum tantum bonū expetitus est, experiat, & probet; nam sub testa non nimis dura nucleum omni dulcedine dulciorè inueniet. Habet & mès gustum suum, cui licet omnis virtus sit suauius, hæc tamen, cum in assuetudinè transferit, suauius ceteris eminet. Neccorpori amara purada est, quæ amaritudines conscientie submouet, & molestias corruptionis auertit. At qui iam castitatè in sponsam accepit, & voti vinculo illi se colligauit, gaudeat, quia nobilissimam sponsam sibi adiunxit. Ipsa enim necessaria est, vt homo à sæculo per religiosam vitæ elongatus, diuinis rebus intendat. Quomodo enim poterit ex toto, Deo seruire, & carnis nexibus contineri: in cœlū assiduè cogitationibus, & desiderijs ire, & ex alia parte in cœno carnaliū delectationū volutari? Sine continentia quomodo sensus cōprimeret, appetitus frænabit, cor in perpetua quadā (vt vita hæc fert) tranquillitate constituet? Castitas est sponsa ditissima, cuius ampla dos fructus centesimus aut sexagesimus dicitur, & dori vitæ coniugalis trigésimo numero cōprehensæ præfertur. Est sponsa splendidissima, cuius claritas oculos mentis illuminat, vt caelestia cōtemplari queat: Ioannes enim virgo castissimus ob prerogatiuā virginittatis inter reliquos Apostolos electus est, vt in sinu Domini recuberet, & ibi caelestia videret. Est sponsa nobilissima, quæ sponsum suū ingenuū facit, & à magna seruitute carnis suæ, impureg; voluptatis educit. Domestici eius, qui scilicet vt cūq; illi seruiūt, vestiti sunt duplicibus, quia corpore & mète, puritate, vestiti sunt, quanto magis sponsum, qui scilicet est castitate perfectus, donis maioribus abundabit, & frigora tepiditatis non timebit: Est sponsa honorabilis, cuius causa amator eius habet claritatē ad turbas, quæ castū animum non sine magna admiratione suspiciunt. Delicia huius sponsæ purissima sunt, quæ nec temporis diuturnitate minuuntur, nec senio, & corporis imbecillitate pereūt, sed antiquitate, & experientia crescunt. Est sponsa pulcherrima, quæ ob id mundicia, decor, & puritas vocata est, quia nō solum in se pulchritudinè habet, sed & sponso ac amatori suo decorè impertit. Propter hæc Angelis sumus tum puritate tū tranquillitate animi similes, & periculis multis eximimur, corpore robusti reddimur, & ab omnibus amamur. Sponsa hæc naturalè suam pulchritudinè oculis nostris obiectans, nos in sui amore accendit, voto deuincit, fidelitate erga se habita mundat, atque purificat. Postea sensum bella remouet, pacè affert, & in vigilia atque in somno valde puros, & quietos, & similes ciuibus caelestibus efficit. Spe amplissimè mercedis exhilarat, & honore proximio ac incorruptibili fecunditate coronat.

Nemo ergo ex his, qui ad cælibem vitam vocati sunt, ab huius virtutis perfectione se separet; nemo eam sibi impossibilem iudicet, quam gratia non tantū possibilem, sed & pronam, pro illa laborantibus fecit. Hanc multi viri & feminae consecuti sunt, carne, vt alij homines, vestiti, concupiscentijs impulsij, tē-

A tationibus incitati. Quis allequi eandem virtutem non audeat? Quis tam immensi thesauri possessionè non sibi promittat? In castitatis itinere Apostoli preceunt, Martyrū acies, Pontificū, & Doctorum copie; confessorū, virginūq; turbæ præcedunt: illud imbecilles pueri, & teneræ puellæ cōficiunt; quis quātumuis sit infirmus & pusillanimis, gratia Dei, quæ volētibus adest, adiutus, sequi nō poterit? Non dixit Christus, ait Chryostomus, non omnes possunt, sed non omnes capiunt verbum istud. Id est, omnes quidem capere possunt, sed non tamen omnes capere volunt. Palma proposita est: qui concupiscit gloriam, non cogitat de labore. Nemo vinceret, si omnes periculum pugnae timerent. Ex eo quod quidā non possunt, & à proposito continentie cadunt, non debemus circa virtutè castitatis fieri pigriores. Si enim quidam in pugna cadentes, non exanimant ceteros, sed dicunt illis sic datum fuisse, rem non applicant pugnae, sed homini: quanto magis nos cadentium negligentie imputare debemus, non difficultati virginittatis? Quod autem dicit, quibus datum est, non hoc significat, quoniā quibusdam datur, quibusdam non datur: sed illud ostendit, quia nisi auxilium gratiæ acceperimus, nihil ex nobis valemus. Quoniam autem volentibus gratia non denegatur, in Euangelio Dominus dicit: Petite, & dabitur vobis. Gratia ergo, quæ nos ad castitatem amplectendam excitauit, & inuitauit, eadem ex excitante comes facta, vt seruemus, quod promisimus, adest. Eadem, si voluerimus, & si media proposita nunc vnū, nunc alterum tenuerimus, nobis victoriam de carne infestissimo hoste pollicetur, & perseverantiam vsque ad mortem in cœpta virtute promittit. Quis despondet animum? Quis non in Deo amatore mundorum, & fidelissimo eorum adiutore, confidet?

Nemo etiam difficultate pugnae terreatur: non enim tanta est in castitate difficultas, quantam tepidi & negligentes putant. Magna est vis consuetudinis, si eam præcipue gratia suffulciat: & quod principio durum videbatur, post non multos dies suauissimum & facillimum inuenitur. Vnde Augustinus in illud Genesis: In dolore paries filios: hæc ait: Verum est sacramentum huius sententiæ, quod nulla abstinentia sit à voluptate carnali, quæ non habeat in exordio dolorem, donec in meliorem partem consuetudo flectatur, quod cum peruenerit, quasi natus est filius, id est, ad bonum opus paratus affectus per consuetudinem bonam: quæ consuetudo vt nasceretur, cum dolore reluctandum est consuetudini malæ. Principio ergo aliquis labor sentitur in resistendo immoderatis affectibus: at si eisdem seuerum vultum ostenderit, quasi timore percussus erubescunt, & nimium infestare desistunt. Sed esto in castitate difficultas, & labor sit, quis vquam sine labore vicit? Quis sine aliqua difficultate hostem repulit, & victoriæ coronam accepit? Quis sanctorum (inquit Hieronymus) sine certamine coronatus est: Abel iustus occiditur, Abraham vxorem periclitatur amittere, & ne in immensum volumen extendam, quare, & inuenies singulos aduersa perpeffos. Solus in delicijs Salomon fuit, & forsitan ideo corruit.

Quem enim diligit Dominus, corripit. Castigat autem omnem filium, quem recipit. Nonne melius est breui tempore dimicare, ferre vallum, arma sumere, lassescere sub lorica, & postea gaudere victorè, quam impatientia vnius horæ perpetuò seruire? Nihil amantibus durum est, nullus difficilis cupienti labor est. Respice quanta Iacob pro Rachel pacta vxore sustinuit. Et [seruauit (inquit Scriptura) Iacob pro Rachel annis septem: & erant in

Chrysof.
hom. 32.
in Matr.
in imper.
fecto.

Luc. 11. 9

Gen. 9. 16
Ang. li. 2.
de Genes.

Hier. ep.
ad Euseb.

Heb. 12. 6

Gen. 29.
20.

conspetu

n. 21. 40.

P/119.5.
Rom. 8.
18.Rom. 5.3.
4.5.

Hier. sup.

Eccod. 15.
1.Cant. 2.
10.11.Cant. 6.
8.9.

conspetu eius quasi dies pauci.] Vnde & ipse postea memorat: [In die vrbis aestu, & gelu nocte.] Amemus & nos Christum, eiusque semper quaramus amplexus, & facile videbitur, omne difficile; breuia putabimus vniuersa, quae longa sunt, & iaculo illius vulnerari per horarum momenta dicemus: Heu me, quia peregrinatio mea prolongata est à me! Non sunt enim condignae passionis huius temporis ad futuram gloriam, quae reuelabitur in nobis.] Quia tribulatio patientiam operatur; patientia autem probationem, probatio autem spem, spes autem non confundit.] Haec tenens Hieronymus, Si ergo, o iuste, castitatis difficultas te terret, oculos in praemium intendere: suspice caelum, triumphum in eo maximum tibi paratum expende, ut eius consideratione ad pugnam, & victoriae desiderium roboreris. Qualis erit illa dies (ut eiusdem Hieronymi verba hanc tractationem perficiant) cum tibi Maria mater Domini choris occurret comitata virginis? Cum post rubrum mare, submerso cum tuo exercitu Pharaone, tympanum tenens praecinet responsuris: Cantemus Domino, gloriose enim honorificatus est: equum, & ascensorem proiecit in mare.] Tunc Thecla in tuos lata volabit amplexus. Tunc & ipse sponsus occurret, & dicet: Surge, veni, proxima mea, sponsa mea, columba mea: quia ecce hyems transiit, & pluuia abiit sibi. Tunc Angeli mirabuntur, & dicent: Quae est ista prospiciens quasi diluculum, speciosa ut luna, electa ut sol? Videbunt te filiae, & laudabunt Reginae, & concubinae praedicabunt. Hinc & alius castitatis chorus occurret. Sara cum nuptiis

veniet, filia Phanuelis Anna cum viduis. Erunt in diuersis gregibus carnis & spiritus matres tuae. Laetabitur illa, quod genuit; exultabit ista, quod docuit. Tunc verè super asinam Dominus ascendet, & caelestem ingredietur Hierusalem. Tunc parvuli, de quibus in Isaiâ Saluator effatur: Ecce ego, & pueri, quos mihi dedit Deus, [palmas victoriae subleuant, & consono ore cantabunt: [Osanna in excelsis: Benedictus, qui venit in nomine Domini, Osanna in excelsis.] Tunc centum quadraginta quatuor millia in conspectu throni, & seniorum tenebunt citharas, & cantabunt Canticum nouum: & nemo poterit dicere Canticum illud nisi numerus definitus. [Hi sunt, qui cum mulieribus se non coinquinauerunt, virgines enim permanferunt. Hi sunt, qui sequuntur agnum quocumque vadit.] Haec ille.] Ista considera, ista saepe animo tuo volue; ista concupisce, ut in castitatis proposito confirmeris. Nam ad ministerium Angelorum, nempe ad iugem orationem vocato, & ad vacandum Deo tuo ex procellis saeculi extracto, æquum est carnis spurcicias fugere, & ad Angelorum imitationem aspirare. Iam castitatem perfectè consecutus laetaberis, sicut qui laetantur in messe: exultabis sicut exultant victores captâ prædâ, quando diuidunt spolia. Dices cum ingenti gaudio: iam hyems tentationum transiit, imber molestiae, quam in resistendo experiebar, abiit, & apparuerunt in terrâ cordis mei flores tranquillitatis, ad quorum odorem suavissimum fructus aeternae gloriae post hanc mortalem vitam se nascituros insinuant.

Isai. 8.18

Mat. 11
10.Apo. 14.
3.4.

O R A T I O
A D P O S T V L A N D A M
C A S T I T A T E M.

DEVS SANCTISSIME, ipsa puritas, atque mundicia, amator Castitatis, & fons Virginitatis, qui Virginem in sponsam, & Filij tui Matrem elegisti, & eam super omnes caelestes spiritus exaltasti: quique huius Virginis amplitudine, qua omnibus creaturis supereminet, testatum facis te impensè puritatem diligere, & Castitatis sectatores amare: concede nobis, oramus supplices, per intercessionem huius Matris nostrae, mentis & corporis puritatem, ut nostrae vocationi respondentes, & quod saepius voto firmavimus, implentes, tibi fideles simus, choro virginum, aut continentium aggregemur, & tuis mundissimis oculis placeamus. Vre igne Sancti spiritus cor nostrum, Domine, & rore caelestis gratiae corpus nostrum recrea, ut post concupiscentias non eat, & si impugnatum fuerit, ad te, refugium imbecillum, confugiat. Tolle, benigne Pater, si utile erit nobis, omnem carnis impugnationem, à nobis, & da pacem in finibus nostris: ut in vigiliâ, & in somno nihil quod nos maculet, patiamur. Si autem expedit nobis, ut ab angelo Satanâ adhuc impugnemur; fac tamen, ut nec in re minimâ expugnemur: fac ut ipsi tentationibus in castitate, & merito, & gratiâ crescamus. A M E N.